

Novum, Breve, Perfacile,

Ad Usum Pij & Solidum Angeli a' Naro

ORGANUM

Pro Verborum Copia, in quavis Materiâ, expeditè acquirendâ, omni scriptioni & dictioni perutile,

Pertinet ad Conventum S. Fran.ci de Urbe

Seu



Methodi Becherianæ Didacticæ

P R A X I S,

Ejusdemque Liber, seu *Annus Secundus*,

Secundam Vocabulorum Connexionem continens, quæ in affinitate Vocabulorum, quoad *Significationem* consistit.



Cum Privilegio & Censurâ

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis JOAN: BABT: HACQUE.

Venale Francofurti, curatione DAVIDIS ZUNNERI, Bibliopolæ

M DC LXXI.

Serenissimi Principis ac Domini,
DOMINI
FERDINANDI MARIÆ,
Superioris ac Inferioris Bavariæ, nec non Superioris Palatinatus Ducis, Comitis Palatini Rheni, Sacri Romani Imperij Archidapiferi & Electoris, Domini sui Clementissimi,


VNICO FILIO ET SVCCESSORI ELECTORALI

DUCI MAXIMILIANO

Maximæ Spei Principi.

Serenissime Princeps, Clementissime
DOMINE,

ANno supra Millesimum Sexcentesimum Sexagesimo Octavo, Methodus mea Didactica, *Sequentibus verò annis, Sexagesimo nono,* Appendix practica *supra præfatam Methodum, Anno verò Septuagesimo,* Pars prima praxeos *Methodi, omnia Serenitati Vestræ, publicis Typis & inscriptionibus consecrata prodierunt, non possum ergo non Continuationem operum meorum didacticorum, Serenitati*



Vestræ offerre, atque ea fausto Omine finire, cujus auspiciis inchoata fuerunt, ut proinde clementissimo Laborem meum Vultu excipere, atque ab aliis Trivialibus scriptis, quorum copia efficit, ne Magnates ullas Dedicationes literarias æstiment, distinguere dignetur, humillimè rogo, cujus voti, etsi fortè compos fieri nequeam, Serenitati tamen Vestræ hæc offerendi licentiam habuisse sufficiet, cui à Deo longævam vitam, simul omnia prospera exoptat

Serenitatis Vestræ.

Humillimus Servus
Author.

Summa

Summa Privilegij Cæsarei.

INvictissimi Romanorum Imperatoris *LEOPOLDI* Privilegio Impressorio & Gratiâ speciali Cæsareâ cautum est, ne quis intra Decennium *Ioannis Ioachimi Becheri Medicinæ Doctoris, Methodum Didacticam Theoricam & Practicam,* sine Authoris vel suorum Hæredum Licentia, sub quocunque emendationis, aut in alias linguas translationis, Commẽtarii aut Compendii, additionis vel detractionis prætextu, in ullá formâ recudat, aut recusam venalem habeat, sub pœnâ confiscationis librorũ, & alia gravi mulcta pecuniariâ, uti latius patet ex præfati privilegii Cæsarei insinuatione, factâ Bibliopolis per Notarium, locis consuetis, in Nundinis paschalibus Francofurti, Anni supra Millesimum Sexcentesimum septuagesimi primi.

Censura Ordinarij.

O*Rganum novum Philologicum*, tantò est operosius, quantò est ordine & verborum copiâ locupletius, & suâ mole brevius, nam sparsas, ceu chaos nullis limitibus circumscriptum, omnium pene significantium verborum voces, in præsentis libelli exiguum corticem, velut ille olim Homeri Iliadem, cum vix imitandi immensi laboris & studij laude conclusit, luculento omnium etiam aliarum linguarum adjumento, si nomina hæc in propria illarum idiomata transferantur: Censeo proin, Organum istud & utile & dignum publicâ luce, cum etiam fidei orthodoxæ & sanis moribus nihil adversum tractet. Monachij 16. Novembris. Anno 1670.

(L. S.)

CASPARVS KIRMAIR
S. Th. D. J. C. P.
Decanus ad S. Petrum, Serenissimi Electoris Bavariæ Consiliarius librorum Censor.

Cenſura cujusdam Literati, CATHOLICÆ RELIGIONIS.

Reverendiſſimi Domini *CHRISTOPHORI SCHORRERI* Sacroſanctæ Theologiæ Doctoris, Societatis IESV Presbyteri, olim Romæ, Germaniæ Aſſiſtentis, poſt in Germania Provincialis, multoties Rectoris, Sacrorum Canonum Profeſſoris, nunc Monachij Sereniſſimi Bavariæ Electoris in ſpiritualibus Conſiliarij, Viri in omnibus ſcientiis Verſatiſſimi, Cenſura ſupra hoc novum Organon Philologicum, ut ex literis ejus, Monachio 15. Octob. Anno 1670. ad me Viennam ſcriptis, patet.

Nobilis & Excellentiſſime Domine.

AMpliſſimas Excellentiæ V. gratias habeo pro ſubmiſſâ etiam quarta parte Organi Philologici. Habemus nunc quæ præcipua Methodus didactica promiſit, primitiva, derivata ex illis omnia, & ad certos titulos collecta verba, adjectiva, ſubſtantiva, atque etiam particulas linguæ latinæ, tantâ induſtria, ingenio, Iudicio & labore, ut miratus ſim ſæpius, his unum hominem potuiſſe ſufficere. Neſcio ſanè quæ majora adjumenta linguarum ſtudioſis afferri queant, ita enim omnia ordinata, compoſita & maſticata ſunt, ut totius linguæ latinæ copia, in pauca folia facili ordine velut congregata apprehendi, colligi, & ediſci queat, non ſolum Simplici Memoriæ, verum etiam phyſico nexu, qui ad ampliſſimam Philologiam & Philoſophiam diſponat, omniaque quæ ſunt in memoriæ theſauris ordine recondat, promenda prout occaſio tulerit. Vehementèr proinde grandem impenſam operam laudo, & gaudeo, quod nonnunquam ſtimulos addiderim, præ fatigatione fatiſcenti. Præmium referet omnis Eruditorum Schola, illi imprimis, qui uberrimis linguarum divitiis ſe experientur ditari, tam facili & jucundo labore, ſervet DEVS Opt. ſuam Excellentiam diutiſſimè, & moveat, ut quamprimum ultimam etiam partem, velut reliquorum omnium admirabile complementum adjungat. Quam in rem Excellentiæ Veſtræ longam incolumitatem, omnemque felicitatem precer. Excellentiæ Veſtræ Paratiſſimus in Chriſto Servus.

Cenſura

Censura cujusdam Literati, Evangelicæ Religionis.

Nobilis & Doctissimi Viri, *SEBASTIANI KIRCHMAIERI* Gymnasij Ratisbonensis Professoris publici, uti ex literis adme Ratisbonâ 10. Aug. 1670. datis, patet.

Salutem & Cultum, Vir Illustris, Domine & Fautor Maxime, singularissimè suspiciende.

STipes merito haberi possim, nisi insignem illam tuam erga me minimum usurpatam hactenus benevolentiam, plurimaque sanè non tralatitii Favoris documenta, dignâ tandem aliquando Veneratione colerem. Et optârim sanè, vel nunc dignè debitum exsolvere mihi liceat! Quid autem abs me, tenuioris Conditionis homine, proficisci digni possit, equidem non video. In eo enim rerum omnium splendore, clarissimâque luce constitutus es, ut non nisi alta ubique te circumstent, nisi ubi sponte ad humilia quandòque respicis. Præterquam enim quod in exasciatis illis exactissimi ac sagacissimi Ingenij tui fœtibus, æternis illis famæ monumentis, Erudito orbi jampridem gloriosus innotuisti, à tot insuper Potentissimis ac Serenissimis Principibus ac Rebuspublicis in deliciis haberis, utpote quæ in te uno omnes habent, quod expetunt, quod optant. Attamen quandoquidem simplicitatem meam non despicis, ut etiam amandam censeas, quid nisi simplicia simplex ipsenunc reponam?.

Quid primum autem celebrem in te, *Virorum Excellentissime*, mirificamne tuam erga me humanitatem, an bene merendi promptitudinem, haud satis quidem constat. Utramque tamen jungam, quia & tu amicabili utramque nexu jungis. Utraque tanta, ut gratias etiam excedat omnes. Hinc laudes meæ ultrò valeant, cum neutra ullas amplius admittet. Id enim proprium tibi habes Domine, ut prosis omnibus, ut non felici modo lunâ, sed sideribus benignis omnibus, obstetricantibus Charitibus, natus omnium Amorum tibi, nescio quâ ingenitarum amœnitatum vi magneticâ facillimè concilies, & vicissim Bonos amplectaris omnes. Ego verò utramque, quià aliud non licet, venerabor jugiter cum reliquo tonorum mentis & virtutum tuarum Choro. De Cœtero quid pro nobili felicissimi Organi

tui

tui munere præter grates prolixissimas retribuam, non habeo, Volvi illud, & identidem revolvi. Placuit mirificè, ob insignem novæ prorsus Methodi facilitatem, in acquirenda verborum copia. Dignum proinde est, nec quicquam obstantibus aliis, quæ jam prostant, Compendiis, quod non auro contra earum sibi habeat juventus studiis sacrata, Serenissimoque Electoratus Vestri Hæredi, MAXIMILIANO, æternas eo nomine debeat gratias, cujus potissimum gratiâ, ceu vidi, thesaurum istum, sanè molestissimo labore, ex vasto illo Latinitatis Oceano, Nobilissimus collegit Author. Ætatem certè ferre poterit, cum reliquis scriptis tuis, sanè quam eruditissimis, pro communi bono in lucem jam emissis, quibusque dudum æternitatis albo insertum Becherianum nomen est. Ἀντιδώρου locô levidenses quasdam Disputationes Academicas abs me quondam & Fratre desultoriè conscriptas, mitto. Non quidem ut legas, tantum enim non merentur, sed ut animum inserviendi tibi cupidissimum agnoscas, Patrone faventissime. Doleo, quod elaboratiores, distractis jampridem exemplaribus ad manus amplius nō sint, nec fratris natu maximi scripta varia, Physica, Politica, & Philologica, ut sistere me tibi gratum possim. Spondeo tamen, si quid sequens ætas tulerit, quod omnino spero, & majora & meliora. Nunc vale cum nobilissimâ familiâ ad animi sententiam, porròque favere perge

Illustris Excellentissimique Nominis & virtutum, studiis omnibus & servitiis addictissimo cultori.

Censura Cujusdam Literati, Reformatæ Religionis. Nobilis & Doctissimi Viri, *STEPHANI SPLEISSII*, Gymnasii Schaffhusani in Helvetiâ Rectoris, uti ex literis ad me, Schaffhusio sub 28. Sebtembris 1668. datis, patet.

Salutem plurimam, Nobilissime ac Excellentissime Domine.

UBerrimum Conversationis nostræ fructum me percepisse existimo, quod Methodi didacticæ tuæ participem me fecisti. Veneror igitur animum promissi adeo tenacem, ut per certum etiam Tabellarium exemplar Monachio accersiveris, meique causa nec molestiæ nec sumptibus peperceris: pro quo favore me totum, quantuluscumque sum, debitorem agnosco. Quamprimum igitur hesterno die liber ad meas pervenit manus, ejus lectionem avidissimè exorsus, prius non destiti, quam totum perlegissem. Eoque

facilius sensum me assecutum esse mihi visus sum, quod argumentum ex doctissimis tuis Sermonibus mihi jam praecognitum erat. Candidam autem Censuram à me quod desideras, id quidem satis benevolè ac candidè, sed tamen ex nimia eruditionis meae, quam exiguam esse confiteor, opinione, facere videris. Verum ut absque fuco, quod sentio, dicam, certe non existimo, quidquam de hoc argumento magis meditatum unquam aspexisse lucem. Ita enim omnia ex contemplatione accuratissimâ ingenii humani profluunt, ut certiorem facilioremque docendi Methodum exeogitari posse haud facilè credam. Reperio hic plurima, quae meis de scholarum emendatione conceptibus ita respondent, ut & tua & mea ex eodem tripode prodiisse videri queant. Utinam Deus opt. Max. etiam Deos in hoc mundi theatro rerum humanarum Moderatores, Imperatorem puta, Reges, Principes, propitios reddat hisce laboribus, quos juvandae Juventutis, imo Reip. causâ suscepisti, ut partui nobilissimo suppetias ferant, ac quà possunt & valent ope atque subsidiis obstetricentur: quod mihi certè summum inter regia munia non immerito videtur. Rogandi itaque sunt Principes, apud quos eruditio tua plurimum pollet, ut adjutrices admoveant manus, & hoc opitulatione sua, juvandaque Rep. literaria, gloriam suam aeternitati consecrent. Nec desistes etiam precibus eo compellere Adm. Rev. P. Chr. Schorrerum, ne opus suum laudatissimum scholarum commodis diutius invideat. Juvet quaeso hoc in studio, quisquis juvare poterit: nullum enim tenerâ juventute preciosius depositum nobis concredidit universi Dominus; de qua qui benè promeritus fuerit, is laboris usuram capiet amplissimam. Cum Vir genere ac eruditione Nobilissimus, *Dn. Ioh. Iacobus Stokarus à Neuforen*, Reip. nostrae Quaestor ac Scholarcha amplissimus, heri apud me conspexisset Methodum tuam, protinus recoluit Memoriam Ven. Dn. Parentis tui, quem ait, sibi Praeceptoris fidissimi loco fuisse, olim Argentorati, dum ibidem studiis operam navaret: doluit praeterea, te hac transiisse se ignaro; secus enim tibi se etiam aliquod honoris officium fuisse praestiturum, quod nunc nonnisi humanissimâ salutatione persolvere possit, jam in tua Methodo evolvenda & ipse occupatus. Quod reliquum est, Vir Nobilissime, cum pro argumenti dignitate satis respondere nunc non possim, volui pauca isthaec, quam nihil scribere, ut & animi gratitudinem explicem, & amicitiam in servando literarum Commercio stabiliam. Vale & agnosce me

Nobilissimae Eruditionis tuae deditissimum Cultorem.

Item

Item ex literis Schaffhusio 29. Octobris 1668. datis ad me, eodem Authore.

Ceterum non minori, ac ipsa accuratissimæ Methodi tuæ lectio, jucunditate me affecerunt posteriores tuæ literæ, quibus me certiorem reddis, Francofurto ad te perscriptum fuisse, quod opus magnum, ceu praxis supra Methodum tuam, jam sub prelo sudet. Quæ nova non me tantum, sed & alios, quibus ea significavi, Methodi tuæ eximios fautores, optima quæque de scholarum emendatione sperare jubent. Inter eos quoque est Amplissimus prudentia & Eruditione *Dn. Tobias Hollander*, Reip. nostræ Consiliarius, Scholarumquæ Visitator ac pr. t. ad provincias Italicas Legatus dignissimus: qui præterea, quod Didacticam tuam summo dignatur encomio, etiam te ad operis magni editionem cohortari destinaverat: cujus quoque nomine plurimum te salvere velim. Vale igitur vir Nobilissime ac Excellentissime, & Remp. literariam porro juvare non desiste, perennem sic nominis famam, bonorumque favorem certo consecuturus.

Item ex Literis, eodem loco, 30. Decemb. 1668. ad me datis.

Utinam omnia tua, quæ ad instaurandam Methodum spectant, brevi publicæ luci committantur. Nequæso! ab iis, qui fortè sunt malevoli, te abripi patiaris, ut à laudatissimis cœptis manum removeas: semper enim virtuti ac eruditioni tuæ dignus honor apud bonos constabit. Cæterum Nobilissimi ac amplissimi D. D. *Stokarus & Hollander* (qui nunquam non me solicitant, nunquid novi à te acceperim) officiosissimè te salutant.

Item ex Literis, eodem loco, 24. Martij 1669. datis.

Appendicem practicam accepi bis, posteriorem verò una philura antiorem idque die ⁕ Martij, cum tuæ literæ scriptæ essent 26. Febr. firmis certè Tibicinibus tuam substruis Methodum: quæ ut optima & facillima quæq; pollicetur, ita opto, ut promtos inveniat Mecænates, quibus bonum publicum promovere curæ cordique sit. Speraveramus quidem, nos integrum Systema literæ C, ibi reperturos esse, quod Tironibus nostris inferioribus, in antecessum reliquorum subsequentium, proponeremus, atque id nomini tuo & honori tribueremus: Sed videmus ad huc tibi belligerandum fuisse cum aduersarijs: quæ res certè Principalem scopum impedit, eosque qui tuæ Methodo palmam jam deferunt, retardat. Nos igitur, ne mora

esset,

esset periculosa, coacti fuimus, tirunculis nostris aliunde prospicere, ut haberent, quod discerent, Sententia tamen non ita fixà, ut melioribus aliquando non simus cessuri. Spem tamen nobis facis de futuro Autumno; quod ut fiat, maximè in votis habemus: neque dubito, si opera ipsa, quibus scholæ poterint uti, lucem viderint, quin se ipsa, absque ulterioribus scriptis elencticis & exegeticis, satis sint comprobatura eruditis. Id quod & Methodus ipsa cum sua appendice futurum esse, fidem facit. Cæterùm pro transmissis Nobilis. D. *Stokarus*, *& D. Hollanderus* plurimum te salvere jubent, ac ne de egregiis cœptis dimoveri te patiaris, amicissimè hortantur. Vale Vir Nobilissime, ac me amare perge.

Item ex Literis, eodem loco 12. Decemb. 1669. datis.

Dum solicitus essem, quid vel tibi, vel operibus tuis Didacticis accidisset, ecce inopinato traduntur mihi literæ tuæ amicissimæ & acceptissimæ, cum incluso egregio specimine duplici, quod ad comparandum verborum ac adjectivorum apparatum, in gratiam Serenissimi Principis tui in lucem edidisti. Quod donum mihi tanto accidit gratius, quanto majori cultu eum prosequor, â quo missum erat. Et ut verum fatear, speraveramus, nos eo labore fruituros esse, priusquam nostri Gymnasij reformationi colophonem imponeremus. Illius igitur loco necessitate coacti, substituimus aliud quoddam Lexicon, quod consilium citra inconstantiæ crimen aut suspicionem tam cito mutare haud licet, dabo tamen operam, quamprimum fieri poterit, ut discipuli nonnulli juxta methodum tuam atque specimina informentur, de felici successu non hæsitaturus. Præterea Nobilissimi ac Amplissimi *D. Stokarus à Neuforen, ac D. Hollanderus* in mandatis mihi dederunt, ut hæc simul suo ad te Nomine perscriberem, ac te perquã officiosè salutarem.

Item ex eodem loco, sub dato 19. Januarij. 1670.

TRaditum mihi fuit Organum tuum Philologicum, quid quæso nobis gratius acceptiusque esse posset, quam â viro celeberrimo, & undequaque doctissimo accipere subinde literaria munera, ingenio ac studio solertissimo elaborata, reique literariæ plurimum profutura? Nihil igitur opus est, ut licentiam mittendorum Substantivorum â nobis desideres, qui læto accipimus animo, quidquid tuo è Museo prodierit. Interea nulli dubitamus, quin Organum tuum, accedente imprimis Magistri solertia, ac discipuli etiam ingenio vel mediocri, optatissimum L. L. apparatum suppeditare queat. qui scopus hactenus fuit Scholarum fermè præcipuus.

aliis fidere nolui, nec potui, ne meâ fidelitate alij deciperentur, ejus enim natura sum, ut cum mihi satisfactum sit, facilè etiam scrupulosissimis satisfactum esse credam. Habitâ ergo immensâ alearum inscriptarum mole, quæ non urnis, sed plaustris vehi potuisset, primus labor erat ut in partes orationis distribuerentur, quod opus erat Amanuensis, sed quoniam, pax sit verbis, etiam studiosorum primipilares, imo inter Magistros primi, qui caput per d. scribebant, ita indocti essent, ut partes orationis grammaticas nescirent, rursus ego puerilem hunc laborem suscepi, & omnes aleas in octo partes orationis distribui, quanto fastidio! Tertium, quamlibet orationis partem physicè partiri solus coactus fui, eo quod is labor propriè meus esset, in eo enim rei cardo versabatur, in tam vasto ergo verborum Pelago, Cynosurâ opus erat, titulos itaque quindecim generalissimos inveni, de quibus in appendice practicâ Methodi meæ didacticæ. Multùm laboris & judicij insumsi ut titulos invenirem numero paucos, ordine physicos, captu faciles, sed quindecim tandem inveni, quibus doctam posteritatem subscripturam spero, quinque sunt generalissimi & qui omnibus rebus competunt. Quicquid enim est, substantia est, omnis substantia qualitatē habet, substantiæ proprium est, habere quantitatem, esse in loco & in tempore. Quinque tituli sunt generales nempe quinque sensus externi, gustus, odor, visus, tactus cui motum subjungo sine quo nullus tactus fit, & hi quidem tituli vel active vel objective omnibus corporibus conveniunt, ultimi verò quinque tituli sensus internos complectuntur, & animalibus duntaxat, debentur quæ potentia agendi, voluntate, ratione, memoriâ, intellectu prædita sunt, his ergò quindecim titulis omne id Complectitur atque in illos naturaliter reducitur, quicquid in universo hujus mundi theatro reperitur, multò faciliùs quam in Aristotelis prædicamenta aut in Lullij terminos (Bonitas Magnitudo, Duratio, Poteſtas, Sapientia, Appetitus, Virtus, Veritas, Gloria,) *quos nemo non improprios & mancos præ meis esse fatebitur, mei enim nunc facillimi sunt, sed difficiles inventu erant, difficiliores praxi, ne viri docti quidem, qui subinde me invisebant aleatorem, ioci gratiâ, oblatam unam vel alteram aleam convenienter in titulos suos locare noverant, taceo in subdivisiones, quæ molestissimæ erant, utpote maximam memoriam localem, per tot mille vocabula, acutissimum Iudicium in tot titulis, uno verbo pansophum & mathematicum, à primo materiam à posteriori formam requirentes, ex generali enim quindecim titulorum physicorum divisione, multæ subdivisiones ortæ sunt, ita ut interdum ad vigesimam subdivisionem ventum sit, omnibus ergo aleis in ordinem redactis restabat ut chartæ, typis simul & correcturæ mandarentur, denuo omnia propriâ curatione, ita ut in praxi Verum esse deprehenderim, quod Zacharias Rosenbach in omnisc: de Lexicographis scribit.* Lexicon requirit totum hominem, nec quidquam difficilius eſt ſcribere,

quam

quam novum Lexicon & singulare, *reddebant insuper laborem tædiosum & odiosum, arduitas, Iudicium, inde cerebri inflammatio, ex pulvere catarrhus continuus, ex albedine alearum rigida, oculorum dolor, integrum sic lustrum consumptum est, quo vis enim die, ex causis prædictis vix tres horas laborare licuit, ni periculum maniæ incurrere voluerim, sæpius interea peregrinandum, opus relinquendum, redeunti à diversis occupationibus ad recipiendum laborem non idem erat animus, erant invidi dehortatores, Censores iniqui, opere necdum viso, neque id commodè monstrari poterat nisi ad calcem perductum, non enim exscriptum, non successivè, sed unâ ideâ uno labore & consequentia effici debebat, dehortabantur, & spernebant invidi & contemtores, laudabant & urgebant Amici & boni publici Procuratores, non jam ut oblatum, sed ut debitum à me id flagitabant, quid facerem, quoties animo non reassumendi destiti, quoties animo non desistendi reassumpsi?* Celsissimus Princeps de Fürstenberg, Aulæ Bavaricæ Supremus Minister, & Reverendissimus P. Schorrer, *qui, ut hunc laborem susciperem, primi Monitores erant, officium sub finem mutarunt, ex hortatoribus facti sunt Executores, non rogantes jam, sed jubentes, accessit quod rebus probè consideratis, nullum mei laboris præmium cernerem, nisi ingenij debilitationem, cum magnâ temporis jacturâ, ingenti molestiâ, certâ honoris mei apud Viros publicos jacturâ, quod puerilia tractem, è contrà invidiosas laudes quorundam paucorum, Exspectata à Serenissimo Electore, recompensationis loco aurea Catena, quam cito in ferreos Compedes mutari posset, quid enim eventurum existimes? si malevoli quidam, extractis in malitiam, sine ordine, ex nostro Organo, Vocabulis,* Diabolus, Resurrectio, Credere, negare, Mortuus, Hæreticus, *ita Sycophantiosè combinent, ac tela in me convertant,* Becherus non credit dari Diabolos, & negat Resurrectionem Mortuorum, proinde Hæreticus, *nonne me fatalis expectaret rogus & bustum infame? sed ne tu credas timorem hunc vel puerilem vel panicum esse, en specimen nuper à Sycophanta quodam in simili casu contra me commissum. Habebat accessum ad Serenissimum Bavariæ Electorem, Dominum meum clementissimum, larvatus quidam Sycophanta, doctis pariter bonisque omnibus infensissimus, contigit, ut Serenissimus eum interrogaret, quid novi haberet, nihil inquit ille, nisi quod, ut Serenitati vestræ semper prædixi, manifestum tandem habeamus hæreticum Becherum, ob stupescenti ad talia nova optimo Principi, atque tam manifesta hæreseos argumentum petenti, illico librum porrexit, quem in eum finem in promptu habebat, quemque ego nuper sub titulo Politici discursus de causis incrementi & decrementi urbium & populorum, idiomate germanico conscripsi, & nundinis Francofurtensibus publicavi, notato in fronte libri, quod ad argumentum materiæ facere videbatur, dicto quodam latino,* quod

Censura cujusdam Literati, CATHOLICÆ RELIGIONIS.

Reverendissimi Domini *CHRISTOPHORI SCHORRERI* Sacrosanctæ Theologiæ Doctoris, Societatis IESV Presbyteri, olim Romæ, Germaniæ Assistentis, post in Germania Provincialis, multoties Rectoris, Sacrorum Canonum Professoris, nunc Monachij Serenissimi Bavariæ Electoris in spiritualibus Consiliarij, Viri in omnibus scientiis Versatissimi, Censura supra hoc novum Organon Philologicum, ut ex literis ejus, Monachio 15. Octob. Anno 1670. ad me Viennam scriptis, patet.

Nobilis & Excellentissime Domine.

Amplissimas Excellentiæ V. gratias habeo pro submissâ etiam quartâ parte Organi Philologici. Habemus nunc quæ præcipua Methodus didactica promisit, primitiva, derivata ex illis omnia, & ad certos titulos collecta verba, adjectiva, substantiva, atque etiam particulas linguæ latinæ, tantâ industriâ, ingenio, Iudicio & labore, ut miratus sim sæpius, his unum hominem potuisse sufficere. Nescio sanè quæ majora adjumenta linguarum studiosis afferri queant, ita enim omnia ordinata, composita & masticata sunt, ut totius linguæ latinæ copia, in pauca folia facili ordine velut congregata apprehendi, colligi, & edisci queat, non solum Simplici Memoriâ, verum etiam physico nexu, qui ad amplissimam Philologiam & Philosophiam disponat, omniaque quæ sunt in memoriæ thesauris ordine recondat, promenda prout occasio tulerit. Vehementèr proinde grandem impensam operam laudo, & gaudeo, quod non nunquam stimulos addiderim præfatigatione fatiscenti. Præmium referet omnis Eruditorum Schola, illi imprimis, qui uberrimis linguarum divitiis se experientur ditari, tam facili & jucundo labore, servet DEVS Opt. suam Excellentiam diutissimè, & moveat, ut quamprimum ultimam etiam partem, velut reliquorum omnium admirabile complementum adjungat. Quam in rem Excellentiæ Vestræ longam incolumitatem, omnemque felicitatem precor. Excellentiæ Vestræ Paratissimus in Christo Servus.

Censura cujusdam Literati, Evangelicæ Religionis.

Nobilis & Doctissimi Viri, *SEBASTIANI KIRCHMAIERI* Gymnasij Ratisbonensis Professoris publici, uti ex literis ad me Ratisbonâ 10. Aug. 1670. datis, patet.

Salutem & Cultum, Vir Illustris, Domine & Fautor Maxime, singularissimè suspiciende.

STipes merito haberi possim, nisi insignem illam tuam erga me minimum usurpatam hactenus benevolentiam, plurimaque sanè non tralatitii Favoris documenta, dignâ tandem aliquando Veneratione colerem. Et optârim sanè, vel nunc dignè debitum exsolvere mihi liceat! Quid autem abs me, tenuioris Conditionis homine, proficisci digni possit, equidem non video. In eo enim rerum omnium splendore, clarissimâque luce constitutus es, ut non nisi alta ubique te circumstent, nisi ubi sponte ad humilia quandòque respicis. Præterquam enim quod in exasciatis illis exactissimi ac sagacissimi Ingenij tui fœtibus, æternis illis famæ monumentis, Erudito orbi jampridem gloriosus innotuisti, à tot insuper Potentissimis ac Serenissimis Principibus ac Rebuspublicis in deliciis haberis, utpote quæ in te uno omnes habent, quod expetunt, quod optant. Attamen quandoquidem simplicitatem meam non despicis, ut etiam amandam censeas, quid nisi simplicia simplex ipse nunc reponam?

Quid primum autem celebrem in te, *Virorum Excellentissime*, mirificamne tuam erga me humanitatem, an bene merendi promptitudinem, haud satis quidem constat. Utramque tamen jungam, quia & tu amicabili utramque nexu jungis. Utraque tanta, ut gratias etiam excedat omnes. Hinc laudes meæ ultrò valeant, cum neutra ullas amplius admittet. Id enim proprium tibi habes Domine, ut prosis omnibus, ut non felici modo lunâ, sed sideribus benignis omnibus, obstetricantibus Charitibus, natus omnium Amorum tibi, nescio quâ ingenitarum amœnitatum vi magneticâ facillimè concilies, & vicissim Bonos amplectaris omnes. Ego verò utramque, quià aliud non licet, venerabor jugiter cum reliquo bonorum mentis & virtutum tuarum Choro. De Cætero quid pro nobili felicissimi Organi

tui

cui munere præter grates prolixissimas retribuam, non habeo, Volvi illud, & identidem revolvi. Placuit mirificè, ob insignem novæ prorsus Methodi facilitatem, in acquirenda verborum copia. Dignum proinde est, nec quicquam obstantibus aliis, quæ jam prostant, Compendiis, quod non auro contra carum sibi habeat juventus studiis sacrata, Serenissimoque Electoratus Vestri Hæredi, MAXIMILIANO, æternas eo nomine debeat gratias, cujus potissimum gratiâ, ceu vidi, thesaurum istum, sanè molestissimo labore, ex vasto illo Latinitatis Oceano, Nobilissimus collegit Author. Ætatem certè ferre poterit, cum reliquis scriptis tuis, sanè quam eruditissimis, pro communi bono in lucem jam emissis, quibusque dudum æternitatis albo insertum Becherianum nomen est. 'Αντιδῶρα locò levidenses quasdam Disputationes Academicas abs me quondam & Fratre desultoriè conscriptas, mitto. Non quidem ut legas, tantum enim non merentur, sed ut animum inserviendi tibi cupidissimum agnoscas, Patrone faventissime. Doleo, quod elaboratiores, distractis jampridem exemplaribus ad manus amplius nō sint, nec fratris natu maximi scripta varia, Physica, Politica, & Philologica, ut sistere me tibi gratum possim. Spondeo tamen, si quid sequens ætas tulerit, quod omnino spero, & majora & meliora. Nunc vale cum nobilissimâ familiâ ad animi sententiam, porròque favere perge

Illustris Excellentissimique Nominis & virtutum, studiis omnibus & servitiis addictissimo cultori.

Censura Cujusdam Literati, Reformatæ Religionis. Nobilis & Doctissimi Viri, *STEPHANI SPLEISSII*, Gymnasii Schaffhusani in Helvetiâ Rectoris, uti ex literis ad me, Schaffhusio sub 28. Sebtembris 1668. datis, patet.

Salutem plurimam, Nobilissime ac Excellentissime Domine.

UBerrimum Conversationis nostræ fructum me percepisse existimo, quod Methodi didacticæ tuæ participem me fecisti. Veneror igitur animum promissi adeo tenacem, ut per certum etiam Tabellarium exemplar Monachio accersiveris, meique causa nec molestiæ nec sumptibus peperceris: pro quo favore me totum, quantuluscumque sum, debitorem agnosco. Quamprimum igitur hesterno die liber ad meas pervenit manus, ejus lectionem avidissimè exorsus, prius non destiti, quam totum perlegissem. Eoque

facilius

facilius sensum me assecutum esse mihi visus sum, quod argumentum ex doctissimis tuis Sermonibus mihi jam præcognitum erat. Candidam autem Censuram à me quod desideras, id quidem satis benevolè ac candidè, sed tamen ex nimia eruditionis meæ, quam exiguam esse confiteor, opinione, facere videris. Verum ut absque fuco, quod sentio, dicam, certe non existimo, quidquam de hoc argumento magis meditatum unquam aspexisse lucem. Ita enim omnia ex contemplatione accuratissimâ ingenii humani profluunt, ut certiorem faciliorem que docendi Methodum excogitari posse haud facilè credam. Reperio hic plurima, quæ meis de scholarum emendatione conceptibus ita respondent, ut & tua & mea ex eodem tripode prodiisse videri queant. Utinam Deus opt. Max. etiam Deos in hoc mundi theatro rerum humanarum Moderatores, Imperatorem puta, Reges, Principes, propitios reddat hisce laboribus, quos juvandæ Juventutis, imo Reip. causâ suscepisti, ut partui nobilissimo suppetias ferant, ac quâ possunt & valent ope atque subsidiis obstetricentur: quod mihi certè summum inter regia munia non immerito videtur. Rogandi itaque sunt Principes, apud quos eruditio tua plurimum pollet, ut adjutrices admoveant manus, & hoc opitulatione sua, juvandaque Rep. literaria, gloriam suam æternitati consecrent. Nec desistes etiam precibus eo compellere Adm. Rev. P. Chr. Schorrerum, ne opus suum laudatissimum scholarum commodis diutius invideat. Juvet quæso hoc in studio, quisquis juvare poterit: nullum enim tenerâ juventute preciosius depositum nobis concredidit universi Dominus; de qua qui benè promeritus fuerit, is laboris usuram capiet amplissimam. Cum Vir genere ac eruditione Nobilissimus, *Dn. Ioh. Iacobus Stokarus à Neuforen*, Reip. nostræ Quæstor ac Scholarcha amplissimus, heri apud me conspexisset Methodum tuam, protinus recoluit Memoriam Ven. Dn. Parentis tui, quem ait, sibi Præceptoris fidissimi loco fuisse, olim Argentorati, dum ibidem studiis operam navaret: doluit prætérea, te hac transiisse se ignaro; secus enim tibi se etiam aliquod honoris officium fuisse præstiturum, quod nunc nonnisi humanissimâ salutatione persolvere possit, jam in tua Methodo evolvenda & ipse occupatus. Quod reliquum est, Vir Nobilissime, cum pro argumenti dignitate satis respondere nunc non possim, volui pauca isthæc, quam nihil scribere, ut & animi gratitudinem explicem, & amicitiam in servando literarum Commercio stabiliam. Vale & agnosce me

Nobilissimæ Eruditionis tuæ deditissimum Cultorem.

Item ex literis Schaffhusio 29. Octobris 1668. datis ad me, eodem Authore.

Coeterum non minori, ac ipsa accuratissimæ Methodi tuæ lectio, jucunditate me affecerunt posteriores tuæ literæ, quibus me certiorem reddis, Francofurto ad te perscriptum fuisse, quod opus magnum, ceu praxis supra Methodum tuam, jam sub prelo sudet. Quæ nova non me tantum, sed & alios, quibus ea significavi, Methodi tuæ eximios fautores, optima quæque de scholarum emendatione sperare jubent. Inter eos quoque est Amplissimus prudentia & Eruditione *Dn. Tobias Hollander*, Reip. nostræ Consiliarius, Scholarumque Visitator ac pr. t. ad provincias Italicas Legatus dignissimus: qui præterea, quod Didacticam tuam summo dignatur encomio, etiam te ad operis magni editionem cohortari destinaverat: cujus quoque nomine plurimum te salvere velim. Vale igitur vir Nobilissime ac Excellentissime, & Remp. literariam porro juvare non desiste, perennem sic nominis famam, bonorumque favorem certo consecuturus.

Item ex Literis, eodem loco, 30. Decemb. 1668. ad me datis.

Utinam omnia tua, quæ ad instaurandam Methodum spectant, brevi publicæ luci committantur. Nequæso! ab iis, qui fortè sunt malevoli, te abripi patiaris, ut à laudatissimis cœptis manum removeas: semper enim virtuti ac eruditioni tuæ dignus honor apud bonos constabit. Cæterum Nobilissimi ac amplissimi D. D. *Stokarus & Hollander* (qui nunquam non me solicitant, nunquid novi à te acceperim) officiosissimè te salutant.

Item ex Literis, eodem loco, 24. Martij 1669. datis.

Appendicem practicam accepi bis, posteriorem verò una philura auctiorem idque die 17 Martij, cum tuæ literæ scriptæ essent 26. Febr. firmis certè Tibicinibus tuam substruis Methodum: quæ ut optima & facillima quæq; pollicetur, ita opto, ut promtos inveniat Mecænates, quibus bonum publicum promovere curæ cordique sit. Speraveramus quidem, nos integrum Systema literæ C, ibi reperturos esse, quod Tironibus nostris inferioribus, in antecessum reliquorum subsequentium, proponeremus, atque id nomini tuo & honori tribueremus: Sed videmus ad huc tibi belligerandum fuisse cum adversarijs: quæ res certè Principalem scopum impedit, eosque qui tuæ Methodo palmam jam deferunt, retardat. Nos igitur, ne mora

esset periculosa, coacti fuimus, tirunculis nostris aliunde prospicere, ut haberent, quod discerent, Sententia tamen non ita fixâ, ut melioribus aliquando non simus cessuri. Spem tamen nobis facis de futuro Autumno; quod ut fiat, maximè in votis habemus: neque dubito, si opera ipsa, quibus scholæ poterint uti, lucem viderint, quin se ipsa, absque ulterioribus scriptis elencticis & exegeticis, satis sint comprobatura eruditis. Id quod & Methodus ipsa cum sua appendice futurum esse, fidem facit. Cæterùm pro transmissis Nobilis. D. *Stokarus*, & *D. Hollanderus* plurimum te salvere jubent, ac ne de egregiis cœptis dimoveri te patiaris, amicissimè hortantur. Vale Vir Nobilissime, ac me amare perge.

Item ex Literis, eodem loco 12. Decemb. 1669. datis.

Dum solicitus essem, quid vel tibi, vel operibus tuis Didacticis accidisset, ecce inopinato traduntur mihi literæ tuæ amicissimæ & acceptissimæ, cum incluso egregio specimine duplici, quod ad comparandum verborum acadjectivorum apparatum, in gratiam Serenissimi Principis tui in lucem edidisti. Quod donum mihi tanto accidit gratius, quanto majori cultu eum prosequor, â quo missum erat. Et ut verum fatear, speraveramus, nos eo labore fruituros esse, priusquam nostri Gymnasij reformationi colophonem imponeremus. Illius igitur loco necessitate coacti, substituimus aliud quoddam Lexicon, quod consilium citra inconstantiæ crimen aut suspicionem tam cito mutare haud licet, dabo tamen operam, quamprimum fieri poterit, ut discipuli nonnulli juxta methodum tuam atque specimina informentur, de felici successu non hæsitaturus. Præterea Nobilissimi ac Amplissimi *D. Stokarus à Neuforen, ac D. Hollanderus* in mandatis mihi dederunt, ut hæc simul suo ad te Nomine perscriberem, ac te perquã officiosè salutarem.

Item ex eodem loco, sub dato 19. Januarij. 1670.

Traditum mihi fuit Organum tuum Philologicum, quid quæso nobis gratius acceptiusque esse posset, quam â viro celeberrimo, & undequaque doctissimo accipere subinde literaria munera, ingenio ac studio solertissimo elaborata, reique literariæ plurimum profutura? Nihil igitur opus est, ut licentiam mittendorum Substantivorum â nobis desideres, qui læto accipimus animo, quidquid tuo è Museo prodierit. Interea nulli dubitamus, quin Organum tuum, accedente imprimis Magistri solertia, ac discipuli etiam ingenio vel mediocri, optatissimum L. L. apparatum suppeditare queat, qui scopus hactenus fuit Scholarum fermè præcipuus.

PERILLVSTRI AC NOBILISSIMO VIRO,

Artis Apollineæ Expertiſſimo Doctori,

Omni Eruditionis genere Doctiſſimo,

JOANNI JOACHIMO BECHERO, SPIRENSI,

Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliario,

Ejus Ingenioſiſſimos Labores demirans, Benevolentiæ & Familiaritati Gratulabundus, Obſervantiæ & Amoris Pignus offert

IOANNES SILVESTER SALVA, HISPANVS,

Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Poëta & Interpres.

EPIGRAMMA.

ORGANA mellifluo cùm ſpirent Ordine VOCES,
Oreque cùm reſonent ORGANA mellifluo:
Quã bene, Docte, tuum Inſignẽ, BECHERE, Laborẽ
ORGANON appellas, Nomine dulciſono!
Tali diſtinguis nam VOCES Ordine, qualis
Non fuit ante vetus; non erit inde novus.
Omnibus eſt Populis OPUS Hoc mirabile ſanè:
Optat & in Linguâ jam ſibi quisque ſuâ.
Ecce; meâ Hiſpanâ propero id traducere primus;
Fœlix ſum, ceſſit dum mihi tantus Honor!
Hinc Italus, Gallus, Germanus, Dalmata, Græcus,
Turbaque Regnorum Cætera anhela cupit.
JANVA LINGVARVM RESERATA en clauditur vltrò,
Audit ubi reſonans ORGANON illa tuum.

HISPANICE.

VARON Inſigne, ſi en Raudales de ORO
Enriquece à mi ESPAÑA el Tajo, y Ebro,
Virtiendo yo tus OBRAS, la celebro,
Y la enriquezco con mayor TESORO;
Porque, ſi ORO la dàn el Ebro, y Tajo,
Yo, CON QVANTO SE NOMBRA, la agaſajo.

Lecto-

****

Lectori Philologo

IOACHIM BECHER Dr.

Salutem.

QVis genius me, hominem multis aliis occupationibus distractum, ad hanc materiam Philologicam primo quidem intuitu puerilem, sed reverâ ipso opere seni lem, ut quæ omnes vires requirit, excolendam, atque publico usui exponendam impulerit, satis superque in præfatione Methodi meæ didacticæ exposui, ita ut heic loci repetere supervacaneum foret si quis tamen tribus verbis scire desideret, est amor omnibus benefaciendi, *hanc Voluntatem non verbis modo sed factis, non theoriâ tantum sed praxi, non in unâ sed multis materiis, hactenus per gratiam Dei ad infamiam invidorum usque demonstravi, quoad vita super
erit demonstrabo, & hujus præsentis novi organi publicatione etiamnum demonstro, qui partus, ut ab erudito orbe humanius excipiatur, quoad suam naturam, structuram, differentiam cum aliis, utilitatem publicam & multifariam, nonnihil in hac præfatione commendandus venit*, Structuram *ergo hujus Organi quod attinet, laboriosissimam fuisse, plurimumque laboris constitisse scias, non enim ex aliis libris exscriptus & ementitus labor est, prout jam plurimi librorum scriptores faciunt, qui cum totos libros sincerè, ita ut etiam cum vitiis describant, nihilominus nescio quam emendationem prætendant, atque publicè in eum, cui suffurati sunt, debacchantur, nil mihi cum ejusmodi commune, mea scribo & nova, id est Lexicon à Capite ad calcem novum elaboravi, uti doctè Dn Kirchmaier in literis adjunctis notat*, ex vasto latinitatis confuso Oceano, *primùm in ordinem redegi, atque ut id verum esse scias, en apparatum, quem ita fuisse, ex organi hujus structurâ invenies, neque enim simile tale hactenus visum est.*

Ex optimo & probatissimo Lexico, descripta sunt omnia, quæ inibi continebantur vocabula, super aleas quadratas ligneas, in quadro unciam seu pollicem habentes charta obductas, idque ideò ut vocabula commodè locari & tractari possent, is labor erat Amanuensis mei, jussi eum omnes aleas eo ordine ponere, quo erant juxta alphabetum literarum conscriptæ, ita tandem omnes aleas perlegi, adhibito Lexico, ut num vocabula quædam vel omissa vel vitiosa scripta essent, viderem, restituerem, corrigerem, Is labor, etsi non ingeniosus fuerat, erat tamen fastidiosissimus, quod ego eum peragere tenerer, homo altioribus addictus, tenebar autem, quoniam

aliis fidere nolui, nec potui, ne meâ fidelitate alij deciperentur, ejus enim naturæ sum, ut cum mihi satisfactum sit, facilè etiam scrupulosissimis satisfactum esse credam. Habitâ ergo immensâ alearum inscriptarum mole, quæ non urnis, sed plaustris vehi potuisset, primus labor erat ut in partes orationis distribuerentur, quod opus erat Amanuensis, sed quoniam, pax sit verbis, etiam studiosorum primipilares, imo inter Magistros primi, qui caput per d. scribebant, ita indocti essent, ut partes orationis grammaticas nescirent, rursus ego puerilem hunc laborem suscepi, & omnes aleas in octo partes orationis distribui, quanto fastidio! Tertium, quamlibet orationis partem physicè partiri solus coactus sui, eo quod is labor propriè meus esset, in eo enim rei cardo versabatur, in tam vasto ergo verborum Pelago, Cynosurâ opus erat, titulos itaque quindecim generalissimos inveni, de quibus in appendice practicâ Methodi meæ didacticæ. Multùm laboris & judicij insumsi ut titulos invenirem numero paucos, ordine physicos, captu faciles, sed quindecim tandem inveni, quibus doctam posteritatem subscripturam spero, quinque sunt generalissimi & qui omnibus rebus competunt. Quicquid enim est, substantia est, omnis substantia qualitatē habet, substantiæ proprium est, habere quantitatem, esse in loco & in tempore. Quinque tituli sunt generales nempe quinque sensus externi, gustus, odor, visus, tactus cui motum subjungo sine quo nullus tactus fit, & hi quidem tituli vel active vel objective omnibus corporibus conveniunt, ultimi verò quinque tituli sensus internos complectuntur, & animalibus duntaxat, debentur quæ potentia agendi, voluntate, ratione, memoriâ, intellectu prædita sunt, his ergò quindecim titulis omne id Complectitur atque in illos naturaliter reducitur, quicquid in universo hujus mundi theatro reperitur, multò faciliùs quam in Aristotelis prædicamenta aut in Lullij terminos (Bonitas Magnitudo, Duratio, Poteſtas, Sapientia, Appetitus, Virtus, Veritas, Gloria,) quos nemo non improprios & mancos præ meis esse fatebitur, mei enim nunc facillimi sunt, sed difficiles inventu erant, difficiliores praxi, ne viri docti quidem, qui subinde me invisebant aleatorem, ioci gratiâ, oblatam unam vel alteram aleam convenienter in titulos suos locare noverant, taceo in subdivisiones, quæ molestissimæ erant, utpote maximam memoriam localem, per tot mille vocabula, acutissimum Iudicium in tot titulis, uno verbo pansophum & mathematicum, à primo materiam à posteriori formam requirentes, ex generali enim quindecim titulorum physicorum divisione, multæ subdivisiones ortæ sunt, ita ut interdum ad vigesimam subdivisionem ventum sit, omnibus ergo aleis in ordinem reductis restabat ut chartæ, typis simul & correcturæ mandarentur, denuo omnia propriâ curatione, ita ut in praxi Verum esse deprehenderim, quod Zacharias Rosenbach in omnisc: de Lexicographis scribit. Lexicon requirit totum hominem, nec quidquam difficilius eſt ſcribere,

quam

quam novum Lexicon & singulare, *reddebant insuper laborem tædiosum & odiosum, arduitas, Iudicium: inde cerebri inflammatio, ex pulvere catarrhus continuus, ex albedine alearum rigida, oculorum dolor, integrum sic lustrum consumptum est, quo vix enim die, ex causis prædictis vix tres horas laborare licuit, ni periculum maniæ incurrere voluerim, sæpius interea peregrinandum, opus relinquendum, redeunti à diversis occupationibus ad recipiendum laborem non idem erat animus, erant invidi dehortatores, Censores iniqui, operæ necdum viso, neque id commodè monstrari poterat nisi ad calcem perductum, non enim exscriptum, non successivè, sed unâ ideâ uno labore & consequentia effici debebat, dehortabantur, & spernebant invidi & contemtores, laudabant & urgebant Amici & boni publici Procuratores, non jam ut oblatum, sed ut debitum à me id flagitabant, quid facerem, quoties animo non reassumendi destiti, quoties animo non desistendi reassumpsi?* Celsissimus Princeps de Fürstenberg, Aulæ Bavaricæ Supremus Minister, & Reverendissimus P. Schorrer, *qui, ut hunc laborem susciperem, primi Monitores erant, officium sub finem mutarunt, ex hortatoribus facti sunt Executores, non rogantes jam, sed jubentes, accessit quod rebus probè consideratis, nullum mei laboris præmium cernerem, nisi ingenij debilitationem, cum magnâ temporis jacturâ, ingenti molestiâ, certâ honoris mei apud Viros publicos jacturâ, quod puerilia tractem, è contrà invidiosas laudes quorundam paucorum, Exspectata à Serenissimo Electore, recompensationis loco aurea Catena, quam cito in ferreos Compedes mutari posset, quid enim eventurum existimes? si malevoli quidam, extractis in malitiam, sine ordine, ex nostro Organo, Vocabulis,* Diabolus, Resurrectio, Credere, negare, Mortuus, Hæreticus, *ita Sycophantiosè combinent, ac tela in me convertant*, Becherus non credit dari Diabolos, & negat Resurrectionem Mortuorum, proinde Hæreticus, *nonne me fatalis expectaret rogus & bustum infame? sed ne tu credas timorem hunc vel puerilem vel panicum esse, en specimen nuper à Sycophanta quodam in simili casu contra me commissum. Habebat accessum ad Serenissimum Bavariæ Electorem, Dominum meum clementissimum, larvatus quidam Sycophanta, doctis pariter bonisque omnibus infensissimus, contigit, ut Serenissimus eum interrogaret, quid novi haberet, nihil inquit ille, nisi quod, ut Serenitati vestræ semper prædixi, manifestum tandem habeamus hæreticum Becherum, obstupescenti ad talia nova optimo Principi, atque tam manifestæ hæresios argumentum petenti, illico librum porrexit, quem in eum finem in promptu habebat, quemque ego nuper sub titulo Politici discursus de causis incrementi & decrementi urbium & populorum, idiomate germanico conscripsi, & nundinis Francofurtensibus publicavi, notato in fronte libri, quod ad argumentum materiæ facere videbatur, dicto quodam latino,*

quod

quod Calvinus Iureconsultus in Lexico Juridico *citat, nempe,* Publicè interesse ducitur, quod in commune expedit, & ad totius reipublicæ utilitatem spectat, *ex hâc citatione Sycophanta occasionem arripuit, Serenissimo Electori persuadendi, me hæreticum esse, hoc argumento usus, Videat Serenitas vestra, Becherus publicè & quidem in capite seu titulo sui libri citat Calvinum, simulque digito à longè vocabulum* Calvinus *monstrabat, ergo est Hæreticus, Serenissimum hæsitantem ad talem objectionem, atque aliumquen dam super hoc casu consulentem, Vir honestus à susp cione liberavit, asserens se bonum Catholicum esse & tamen ipsum Lexicon Calvini domi suæ habere, ita Serenissimo Sycophantia detecta est, sed calumniare audacter, semper aliquid hæret, audio jam Sycophantam illum cum caculis suis, totum in eo sudare, ut discursum meum moralem Principibus & Ecclesiæ suspectum reddat, atque in eum finem, nescio quos textus extraxisse, sed nebulo in æternum id non evincet, nisi Principes reddat pravos, Ecclesiam scandalosam, nulla enim consequentia, Becherus taxat Tyrannos Principes, pravos religosos, ergo culpat Optimos Principes, probos Religiosos, nulla inquam consequentia, nisi insulsissimè ad illum modum concludere velis, Becherus citat Calvinum, & quidem Iurisconsultum, ergo est Hæreticus, ergo tu Sycophanta vel es asinus vel nebulo, ecce hanc Conclusionem optimo argumento, evincam, vel enim ignorabas, (non poteras autem ignorare, addidi enim, Calvinus in Lexico Iuridico) dari Iurisconsultũ, cui nomen esset Calvinus, vel non ignorabas, sin prius, O te asinum! dignum, qui coram tanto Principe rudas, non qui eum de doctorũ Virorum scriptis erudias sin posterius, O te Nebulonem! qui sciens & quidẽ in proximi perniciem, à quo ne hilum unquã læsus es, optimi Principis Serenissimam mentem, sycophantiosa nebulâ tuâ obfuscare ausus es, sed audi illud Plautinum, in capteiveis*, Tace modo, ego te Philocrates false faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus, *ego, ni innocentes Viros persequi desistas, tibi larvam detrahã, ac te nudum virtutibus, & maculatum vitiis, prout nempe es, ita erudito orbi prostituam, ut vilissimus Scurra, quem numella catasta affixit, captivitatem & sortem suam cum conditione & libertate tuâ mutare nolit, tace abjectissimum Mancipium, ut ego nomen tuum reticeã & professionem, quam talis sycophantia minimè decet, quæ heic loci de tua malitia scripsi, in eum finem feci, ut benevolus Lector videat, quam magna sit malitia hominum, quam malitiosi isti Hamiotæ, ex quacunque occasione, etiam ridicula & inepta, materiam piscentur de tractationis & Sycophantiæ, quid putas facturi erunt cum hoc novo organo? in quo vel vocabula inconcinnè combinabunt, pravum sensum emendicabunt, vel multos defectus in medium proferent, non cogitantes, quomodo supra citato loco prænemoratus Christianus Rosenbach Lexicographos*

plus excuset, dum scribit, si quid amethodiæ contingat Lexicographis, condonari debet, quia alios plurimos labores habuerunt, in tot mille vocum conquisitione & explicatione, *&c. levi intuitu & pauco labore ac tempore totum hoc organum perlegitur, labor vero qui in perficiendo illo requirebatur, non advertitur, non æstimatur, ita cum omnibus rebus comparatum est, ut imperfectio semper plus præ oculis sit, quam perfectio, nihil est ex omni parte beatum, præsertim opus novum unâ vice vix ad perfectionem deduci, aut ultima manus illi addi potest, Deum testor, me nihil omisisse, quod ad operis perfectionem spectaret, interim tamen opere perfecto, multa occurunt, quæ mutata & correcta ipsus velim,* Primo *quidem irrepserunt vitia ortho & typographia, sunt tamen pauca & sub finem indicis notata, quæ proinde facilè corrigi possunt, invenimus quoque nos infinita in aliorum laboribus menda, inveniantur & tolerentur etiam in nostris, qui extra humanam sortem nos ponere non potuimus,* Secundo *multa vocabula sunt omissa, præsertim nomina propria, quæ studio omisi, quoniam in omnibus Lexicis reperiri possunt, addã tamen in futura editione, si quæ vulgaria Vocabula sunt omissa, ex gr.* repono, *cogita, me studio non omnia derivata posuisse, usus primitivis, ne opus in imensum excrescat, largus tamen in retinendo fui, teste indice alphabetico, neque derivatum ullũ omisi, quod prorsus alterius cum primitivo suo sit significationis, prout largus in retinendo, ita etiam parcus fui, nullũ enim vocabulũ suo eâdem significatione, quod sciam, bis posui,* Tertio, *Vocabula quædam incongruè posita sunt, ut* Balbus *pag:* 23. *posui sub titulum rationis & debebam ponere ad pag.* 8. *lineam antepenultimam, ad vocabulum Blæsus, sub titulum constitutionis corporis, item p.* 95. *lineâ ultimâ, sub titulo rationis, recensui quosdam libros, quos ad pag.* 53. *ad titulum librorum ponere debuissem, sed hoc ipsum est, quod in organo hoc imperfectum est, & cujus causâ conquestus sum in methodo meâ didacticâ, nempe quod methodus ianua Commenij & nomenclaturarum seducat etiam peritissimum à connexione vocabulorum ejusdem significationis,* januæ enim & nomenclaturæ conjungunt vocabula, quatenus cohærent usu civili, sed Organon meum connectit vocabula, quatenus sibi affinia sunt in eâdem significatione & notione physicâ, *fateor me interdum sed non sæpe seductum in hoc puncto esse, dabitur autem venia primùm experienti, in futurâ editione omne quod in hoc casu erratum est, facilè corrigam, eò quod indicem alphabeticum jam habeam, annexo singulo vocabulo numero paginarum locorum communium, hinc perfacilè quodvis vocabulum, quod extra vagatur, in debitum locum reponere potero,*

 quod

quod ante hac non potui, eò quod indicem non habuerim, atque memoria impossibile fuerit, singulorum Vocabulorum & locorum, quò ea posui, recordari, miror primâ vice ita bene cessisse, QUARTO, *multa vocabula occurrent, quæ primo intuitu barbara apparebunt, sed re verâ sunt singula bona latinitatis ex probatissimis Lexicis, Calepini, Passeratii, Iodoci Rihelij, Fabri, citatis optimis Autoribus desumpta, ideo autem barbara apparent, quod nobis non in quotidiano usu & cognitione sint, id enim omne barbarum apparet & peregrinum quod ignoramus, quòd, siquis periculum facere, & vocabulum, quod barbarum esse putat, in probato Lexico evolvere velit, spondeo illum, id ipsum reperturum, ad dito probato Autore, jam fuerunt, qui ejus rei periculum fecerunt, & ut dixi verum invenerunt,* QUINTO *multi germanicam versionem desiderabunt, sed hi sciant studio omissam esse, est enim hoc Organon secunda pars Methodi meæ didacticæ, cujus prima pars Francofurti curante Zunnero impressa, vocabula iuxta affinitatem derivationis; addito germanico idiomate recenset, fretus itaque, quod nemo hanc secundam partem sit aggressurus, qui primam non memoria mandaverit, atque ita in secunda hac parte contentorum vocabulorum significationem in germanico idiomate probè noverit, studio, ad vitandam operis molem, germanicum id circo in hac secunda parte repetere nolui, optarem tamen, addidissem, est enim memoria labilis, quamvis multa ex adjunctis vocabulis intelligi possint, pro copiâ verborum quoque in idiomate germanico acquirenda valde utile esset, verum qui versionem suscipere velit, inveniet linguam germanicam, longè minus copiosam esse latinâ, unde multoties subnectere cogetur,* item, *attendat quoque Interpres, ad æqui vocationes, ut ex adjuncto sensu probè eas discernat, Exempl. gr: in vocabulis,* brevitas, brevitas. *ubi prius brevitatem quæ longitati, posterius brevitatem quæ profunditati opponitur significat, item in* latro, *ubi prius Prædonem, posterius Speculatorem indigitat,* SEXTO, *in prima operis delineatione omnia vocabula eo ordine admodum nomenclaturæ, & juxta omnes partes orationis in prima persona sine ulla flexione ponere volui, prout in appendice Methodi meæ didacticæ pag: 59. Exemplum Lectori proposui, addito primitivo cum omnibus derivativis, ad hunc modum totum hoc novum orgânon elaboravi, sed quoniam propter multas spatiosas lacunas, in magnam molem excresceret, & vocabula ob spatiosam locationem memoriam dispergerent, intentionem mutavi, & cujuslibet partis orationis vocabula, separatim connexui, interiecto sensu interdum peregrino, Sciat proinde Lector, sensum hunc nihil significare, nisi quod vocabula connectat, ut facilius memoria mandari possint, non volui docere res, prout Commenius in januâ suâ.*

suâ fecit, idenim spectat ad tertiam connexionem, de quâ postea, quare nemo miretur, si vocabula sensum conjungentia pauca sint, atq; alio typo oculis propositâ, feci id sponte ob causas praedictas, SEPTIMO, *lubens fateor, totum opus mihi ipsi plus arrisurum, si paragraphis & numeris distinctum, ad modum januae esset, ut tituli physicarum notionum & facilius & distinctius reperirentur, praesertim, si sub singulis* Paragraphis, *compositis è regione in quatuor columnis, quatuor partes Orationis continerentur, ita enim uno intuitu, in quovis titulo, omnes orationis partes nihilominus distincta cernerentur, magno discentium usu, nunc quoniam singulas orationis partes distinctim posui, opus erit, ut ex indice generali partium orationis, generalem combinationem facias, atq; fastidioso labore in opere evolvas, ante omnia itaque in futura editione huic incommoditati subveniam, Si quis interea Organo hoc, ad modum pag: 59. in appendice monstratum elaborato, cujus paulo ante mentionem feci, uti velit, lubens, vel ad descriptionem vel ad typum ei concedam, inveniet, quod desiderat, sub quovis titulo significationis, ordine dispositas orationis partes, cum primitivis & derivativis, juxta doctrinam Methodi pag: 69. loco indicis inservire possit.* OCTAVO, *displicet forma libri, prima enim pars in Octavo, haec in quarto impressa est ut Methodo & appendici appingi posset,* NONO, *ut verum fatear, non erat animus opus perficiendi, sed ut quibusdam ex parte satisfacerem, verba tantum elaboravi, nempe primam Organi partem, ut docet ejusdem praefatio, quae cum mirè quibusdam arrideret, effecit, ut reliquas partes ad manus sumerem, & successivè typis committerem, contigit autem incuria Typographi, ut secundam partem, nempe adjectiva, novo numero & literâ inchoaret, ita ut jam opus sit in Indice speciali alphabetico, super hunc errorem reflexionem facere, id est, numeros verborum primâ, reliquarum Orationis partium in alterâ libri parte quaerere, quod facilè confundit, Vltimo &* DECIMO, *rogatos velim omnes, qui vel publicè, vel clam opus hoc, sub quocunque, vel emendationis vel perfectionis titulo, in hac vel aliâ formâ, per se, vel addito quocunque idiomate recudere praesument, ut prius mecum super tali recusione communicent, alias enim gravem Privilegij Caesarei poenam, insuper etiam damnum incurrent, cum totum opus brevi, perfectione quâ possibili, curante meipso in lucem proditurum sit, & haec de structura hujus Organi sufficiant, nunc in quibus id ab alijs Lexicis, Nomenclaturis, & Ianuis* differat, *quoque exponendum venit. Verum ut benevolus Lector propositam differentiam probè percipiat, necessum erit, ut paucis verbis, Organi hujus originem & causam expo-*

nam, atque nonnulla ex Methodo meâ Didacticâ repetam, satis autem superq; ibi demonstravi, ad discendam linguam duo necessaria potissimum esse, nempe, vocabula, eorumque connexionem, *dolui tam paucos esse, qui huic fundamento innitantur, qui vocabulis discendis operam dent, statim ad phrases & circumscriptiones improprias confugientes, connexio vocabulorum per grammaticam fieri debet, sed & illa satis difficilis est, itaque mirum non esse quod tota jam fere hominum ætas in discenda latina lingua consumatur, quare omnimodè huic fundamento insistendum, nempe discere & connectere vocabula, posterius grammatica, prius lexica docent, hoc loco de vocabulis discendis sermo est, sub cujus initium fundamentale axioma observandum occurit, nempe memoria discentium rationem habendam esse, ne in tantâ vocabulorum copiâ confundatur sed confirmetur, ut quodvis vocabulum expedite, copiosè & ordine in promptu sit, id enim quavis lingua expostulat. ut* expeditè, eleganter, & prudenter *loquatur, Primum fit, si vocabulâ præstò memoria mandata sint, Secundum, si in quavis significatione multa vocabula occurrant, Tertium, si vocabula concinno ordine de rebus enuncientur, quâ vero id viâ, & in praxi fieri posset, hic opus, hic labor, hic exercentur inanes Artificum curæ, si enim in ulla materia proverbium commune verum fuit, quot capita, tot sensus, certè in hâc philologicâ locum obtinet, quot Præceptores tot Methodi, aliqui enim ad Lexica confugerunt, volentes serie alphabeticâ memoriam firmare, alij hieroglyphicis planè figuris & artem nemonicâ utebantur, alij vocabula in nomenclaturis sub certos titulos redegerunt, quatenus usu civili sibi affinia sunt, alij vocabula taliter posita, sensu construxerunt, & sic Ianuas linguarum elaborarunt, majori primo applausu, quam subsecuto successu, quoniam enim vocabula, juxta usum civilem conjunxerunt, Exempl. gr. Scribentes de hypocausto, omnia in illum titulum coëgerunt, quæ in hypocausto continentur, ut fornacem, scamnum, mensam, lectum, cum autem multi generis fornaces, scamna, mensa, lecti sint, proprietate suâ in hypocaustum non pertinentes, necessum erat ut in alios titulos ponerentur, ad quos usu civili pertinerent, hinc factum est, ut genus cum specie nunquam simul invenires, & sic nullam simplicem copiam haberes, sed ex tot titulis magno labore & judicio eam recolligere tenereris,* ita ut discens usum civilē omnium rerum prius discere deberet, antequam vocabula in nomenclaturis & janius invenire posset, *& quoniam usus rerum civilis infinitus quasi est, & plurimis modis combinari potest, impossibile fuit, ut Scriptores nomenclaturarum, & januarum secum ipsis unquam convenirent, Exempla dedi, in Comenii, & Rhenigeri januis in Method. pag. 73. 86,* 100. *& in append. pag. 6.16.*

pag. 6. 16. ubi benevolus Lector, quæ hactenus dixi, ad oculum habet, videntes, ergo viri docti, tales januas non ad ordinatam facundiam, sed ad inexplicabilem Labyrinthum viam sternere & patefacere, confugerunt ad flavissas, æraria, phrases, quas frequente lectione, & maximo labore ex Authoribus collegerunt, ætatem simul consumentes, sed de his vide Methodum pag. 36, 37. append. p. 8. his de causis Wendelinus Scholæ Bremensis olim Rector publicè exclamavit, Lexicon in tantorum etiam multitudine desidero, ipse Commenius post maximos labores insumptos, Lexicon simplicis articulationis optavit, mediante quâ, discentes simul introducerentur in articulationem, quæ pariter in omninm rerum, cogitationumque humanarum structuris locum obtinet, & ex cujus vero, claro & distincto sensu, totum humanæ sapientiæ lumen exsurgit, *sed ænigma proposuit, quod nec ipsus hactenus resolvit, ego super hâc materiâ meditatus tandem observavi, memoriæ, nullâ aliâ re solidius, nisi ordine succurri posse, ordinem autem nullum vocari, nisi qui naturalis sit, qui ex natura rerum fluat, itaq; ad vocabulorum naturam & harmoniam respexi, & deprehendi vocabula* triplici affinitate *sibi cohærere, ac taliter firmiter memoriæ mandari posse,* primo *vocabula sibi affinia sunt juxta ortum & derivationem, naturale enim est, ut cum radicem seu primitivum* ponere *discas, eadem etiam operâ, ap- com- de- dis- ex- in- op- præ- pro- re- se- sup- transponere, reliquaq; derivata, eaq; levi labore faciliusque simul, quam vel sub alphabeti, aut diversorum titulorum serier disjunctim discas, ut satis demonstravi in Method. pag. 72. 74.* Secundo *vocabula sibi affinia sunt, quoad eandem significationem, seu materiam significatam, ut etsi* loqui, dicere, fari, sermocinari, *diversa sint vocabula, diversæ originis & derivationis, affinia tamen sibi sunt, ratione unius significationis, & rei significatæ, nempe in significando loquelam, si itaque omnia vocabula juxta hanc affinitatem conjuncta ordine reperiantur, magnam certè præbebunt verborum copiam, facundiam & elegantiam, utpote omnia synonyma, homonyma' paronyma, æquivoca, analoga exhibentes, ut rursus abundè in Methodo pag. 83. & quomodo moderna Scholæ in hac affinitate omnimodè necessariâ errent, in append: pag. 5. 6. demonstravi,* Tertiò. *Vocabula sibi cognata sunt, quoad prædicationem & combinationem, tam physicam, quàm civilem, ità, licet vocabula,* homo & loqui, *quoad derivationem & significationem, atque ita neque quoad primam & secundam præfatam affinitatem conveniant & cohæreant, in hâc tertiâ combinatione tamen ita sibi affinia sunt, ut propiora esse nequeant, solus namque* homo loquitur, *imprudenter enim dictum*

 esset

esset, hos loquitur, tertiâ itaq; hac connexio facit prudentes, *pro ut secunda* copiosè, *prima* expeditè *loqui*, *huic ergo fundamento solidissimo Methodum meam superstruxi, ac ejusdem theoriam publicavi, obstupuerunt primum ad tam insolentem & clarissimam demonstrationem, quidam ludimagistri, quos pudebat tam manifestum errorem & correctionem non diu ante observasse, sed ab homine monstrari debere, cujus ne professio quidem est, tandem objiciebant multa theorice dici pauca in praxin deduci posse, hos ut denuo convincerem, magno certè labore ad praxin me accinxi, ac præterito anno, curante Francofurtensi Bibliopolâ* Davide Zunnero, *primam Methodi practicam partem in octavo latinè & germanicé, nempe primam vocabulorum affinitatem, quoad derivationem, id est latinam linguam in radicibus & compositis, primitivis & derivativis exhibui, non tamen ista pars ita â Lectoribus ut speraveram suscepta est, simile enim quiddam Commenius, ut & alij elaboraverant, omnes ergo secundam partem, nempe secundam vocabulorum connexionem, & affinitatem, quoad significationem, tanquam opus purè novum & meum desiderabant, & hoc ipsum est, quod imprasentiarum, sub* Novi Organi Philologici *titulo offero, nempe vocabula juxta affinitatem suarum significationum, sub simplicissimis notionum physicarum titulis, composita & conjuncta, ita ut in hac secunda Methodi meæ practica parte, vocabula sibi cohæreant naturali & propria sua significatione, ut non naturalius nec proprius sibi cohærere, nec aliter, aut alio poni, aut â discente aliter quæri vel inveniri possint*, differt *ergo hæc secunda pars, seu novum hoc organon, â prima Methodi parte, quod vocabula non tam juxta affinitatem derivationis quam significationis contineat*, differt *omnimodè ab omnibus Lexicis, quod in illis nulla affinitas, nisi in alphabeti serie*, differt *in totum â nomenclaturis, & januis omnibus, quod hæ vocabula conjungant quoad usum civilem, ubi nunquam vel difficillimè reperiri possunt, in hoc organo autem quodvis vocabulum sub simplicissimâ notione physicâ, suâ propriâ significatione quæri & inveniri possit, cujus rei duo, præter illa quæ in methodo & appendice, locis supra citatis exhibui, exempla dabo, omnes nomenclaturæ & januæ ponunt sub titulo generali* Hypocausto, fornacem, mensam, scamnum, lectum, *at in meo organo quodlibet horum vocabulorum titulum per se facit, tanquam genus adjunctis speciebus, ita* Hypocaustum *ad varias Cameras & conclavia organ. pag. 68.* Fornax *ad varios furnos organ. pag. 58.* Mensa *ad tabulas, discos refertur, prg. 59.* Scamnum *complectitur varias sellas, organ. pag. 59.* Lecto *affinia sunt varia lectisternia, substraminæ pag. 55. ita ut apud quodvis genus omnes species, & genera subalterna copiosè in organo meo recenseantur, vide jam an in ullâ* nomen-

nomenclaturâ vel januâ, imo etiam ærariis poëticis tale quid invenias, uti una non quamvis speciem sub diverso titulo usus civilis quærere, & potius ad usum quam propriam vocabulorum significationem *reflectere cogaris, Prout itaque hoc novum organon cum nomenclaturis & januis differt, ita quoque cum Polymathijs, & sic intitulatis eruditionis apparatibus* non convenit, *quod tales ex januis originem trahant, volentes nempe vocabula quoad usum civilem dexterius & prolixius concinnare, sed quæso, quare in instructissimo* D. Ionstoni *& ejus succenturiatoris* P. Pòxenfelderi *apparatu eruditionis, tantum sequentia vocabula, quæ uno halitu in organi mei pag. 69. sub titulo* intervalla *legis, in titulo generali* de loco, *nempe*, intervalla intercapedines, divortia, diverticula, ambages, intertignia, interscalmia, intercolumnia, intercilia, intervenia, internodia, interstitia, hiatus, chasmata, fibræ. *Quare inquam has concordantias in nominatis libris, vel cum, vel sine indice, etsi uterque liber indice summè necessario careat, si cum indice, invenies quam hæc vocabula, sub diversis & incongruis titulis dispersa sint, si sine indice, quare juxta significationem vocabulorum propriam, & ad locum spectare videbis, sed nihil tale debito loco invenies, & hoc ferè intelligendum est de omnibus mei organi concordantiis, quarum vel nullas vel paucissimas vel incongruas in citatis libris Ionstoni & Pòxenfelderi invenies, adeoque dictum, quod P. Pòxenfelder in præfatione sui libri in D. Ionstonum, quem tamen totum exscripsit, torquet*, magno illum Promissorem hiatu *vocando, certè in illum ipsum retorqueri posset, cum ejus eruditionis apparatus, neque ad primam, secundam vel tertiam vocabulorum affinitatem & connexionem, neque pro doctis vel indoctis, quicquam expediti aut solidi faciat, ut latius suo loco*, differt *etiam hoc novum Organon ab ærarijs, flavisfis, & Thesauris poëticis, cum vocabula ibi impropriè, metaphoricè, tropicè, ponantur, è contra* scapha *in hoc organo* scapha *vocetur, & licet quadam synonyma, serie alphabeticâ, de quâ in Method. pag.* 84. *contineantur, quilibet tamen tenuitatem illorum, comparando cum hoc organo, facilè animadvertet, Vltimo* differt *hoc novum organon, seu Methodi meæ didacticæ practicæ pars secunda, ab ejusdem methodi parte tertia, nempe affinitas vocabulorum quo ad significationem, differt ab affinitate vocabulorum quo, ad prædicationem & combinationem, quod in illa vocabula sub simplicissimis concordantiarum titulis, juxta significationes suas contineantur, in hac vero concordantiarum tituli de subjectis prædicent, ijsdemque alligentur & combinentur, cum in hoc Organo liberrimè vagentur, & pro cujusvis dispositione & combinatione inserviant. Atque ita Lectori sufficien-*

nus de amore divino ad Donatum ait, accipe, quod sentitur, antequam discitur, *Sed accipe tu, quod sentitur, postquam discitur, comperies non verba modo, sed & res hoc Organo contineri, nam, ut ad* secundarium *hujus Organi usum veniam, qui reverâ primarius est & ipsum Ergon dici posset, immensum illum esse scias, & ita comparatum, ut infallibili articulatione & consequentia*, te ad tertiam connexionem deducat, quæ pariter in omnium rerum, cogitationumque humanarum structuris locum obtinet, & ex cuius vero, claro, & distincto intellectu, totum humanæ sapientiæ lumen exsurgit, loqui ænigmata videor, dabit brevi DEVS, ut ænigmata esse desinant, *dabit & dedit DEVS, sin modo Patroni essent & Mecænates, erat & est etiamnum* Serenissimus Bavariæ Elector, *sed pax sit verbis, timeo, ne audeat ulterius huic causæ assistere, timens improborum Sophistarum fulmen, Reverendissimus pariter ac doctissimus Vir* P. CHRISTOPHORUS SCHORRER, *de republicâ literariâ, vel ob hoc unum, quod hoc Organon promoverit, æternum meritus, non tamen evitare potuit, quin non hujus boni operis causâ â malitiosis Sycophantis Romæ apud Generalem sui ordinis traduceretur, quæ, & quanta ego patiar, dictu impossibile, & proinde timendum est, ne tertia Methodi meæ pars* combinatio rerum *lucem visura sit*, ne proinde, ludit Plautus, expectetis Spectatores, dum illi huc ad vos eant, nemo exibit, omnes intus conficient negotium. *Dolendum sanè, mundum adeo perversum esse, ut qui se pietatis & doctrinæ Promotores jactent, abiurati & capitales eorum sint hostes, ô invidiam, ô Philautiam, ô insatiabilem avaritiam! quâ non contenti opibus, etiam scientias aliis invident, soli omnia possidere, omnia scire volentes, eripietur autem aliquando & forte brevi utrumque ex manibus eorum, Sed nunc mihi ad plenariam expositionem usus secundarij mei Organi, atque ita ad conclusionem hujus præfationis properandum est. Scias ergo vocabula significatione suâ propriâ expressisse, quibuscum Vocabulis affinitatem inire velint, atque ita factæ sunt concordantiæ; quæ suâ sponte significationum titulos Cardinales, uti in appendice pag.* 12. 13. *eas voco, pepererunt, hi tituli, ut in append. pag.* 20. *& seq. demonstravi, simplicissimum Systema Physicum protulerunt, nempe quindecim titulos generales organi, append. pag.* 26. *& seq: ita ut sub* istis generalissimis quindecim titulis *comprehensi speciales* significationum tituli (*in margine Organi positi*) *omne contineant, quod in rerum natura est; ac proinde se habeant, ut* simplices notiones, *ex quibus, mediante* tertia combinatione (*nempe tertiâ Methodi parte practicâ, de quâ in Method. pag.* 104. *& seq. append. pag.* 3. *&* 8.) reverâ omnium scientiarum axiomata *exsurgunt, ut in append. docui, pag.* 45. 46. 47. *usque ad finem, non erit hæc ter-*

tiâ pars multo major præsente Organo, nihilominus in eâ combinabuntur notiones, prædicabunt omnes partes orationis & significationum tituli de se invicem, ita ut omnium subjectorum naturam per quindecim titulos, *Exempli gratia, quæ dura, quæ levia, quæ alba, quæ sonora omnia sint &c.* in quo corpora conveniant, in quo aversentur scias, ita totam physicam practicam, & omnes comparationes proprias habebis, ex quibus omnes definitiones & hypotheses omnium scientiarũ fluunt, *quantâ utilitate, quantâ jucunditate hæc pars Oratoribus, Philosophis, omnibus denique inserviret? O si boni omnes mecum* Serenissimum Bavariæ Electorem *etiamnùm huic studio propitium rogent, ut ejus auspiciis & patrocinio optatum portum videre queat, quantum non posteritati relinquerent meritum?* *Sed nunc mihi vela contrahenda sunt, rogo ergo pro coronide Lectorem, ne prolixitatem Præfationis meæ vitio vertat, plenè illum de singulis hujus Organi Conditionibus, bonitatibus & defectibus erudire debui, nihil celare volens, nihil omittere, quod ad plenam informationem necessum esset, peto etiam, dignetur hoc Organon eo animo accipere, quo publicavi,* animo nempe communi bono inserviendi, *imprimis autem, ut cum clarissimo D. Golio sub finem Præfationis suæ in Lexico arabico citati præstantis Camusi Autoris verbis concludam,* Deum precor, ut pro laboris præmio mihi tribuat honesti Nominis bonum in hâc vitâ, & uberem Mercedis Gratiam in altera, Obnixè rogans, ut quicunque opus meum doctior inspexerit, tegat ubi cæspitaverim lapsus meos, & obstruente expleat favore suo hiantes rimas; utque emendet quod depravatum sit calami ductu, quod hallucinatus sit visus, nec assequi valuerit intellectus & quod per incuriam animus neglexerit. Utique homo oblivioni est obnoxius: Siquidem primus, qui oblitus sit, hominum primus fuit.

Quoniam multi scriptorum meorum publicatorum Amatores sunt, qui omnia opera mea typis evulgata & evulganda habere desiderant, placuit hoc spatium typographicum eorum catalogo replere.

Scripta & typis Vulgata à me sequentia sunt.

In Philologia.

Methodus Didactica theorica, seu demonstratio, scholas omnes hactenus circa præcepta & praxin in discendis linguis erràsse, in quart: germanicè, impressum Monachij apud viduam Magdalenam Schellin, Sumptibus Serenissimi Bavariæ Electoris. Anno 1668. ad Electoris Bavariæ Principem Electoralem.

Appen-

Appendix seu explicatio practica supra Methodum, germanicè, in quart. Monachij apud Sebastianum Rauch. Anno 1669.

Praxeos supra methodum præfatam didacticam *Liber seu Annus primus*, primam vocabulorum connexionem continens, quæ in affinitate primitivorum cum derivatis consistit, latino-Germanicè, Francofurti, Sumptibus Davidis Zunneri, in octavo, Anno 1669. Ad Electoris Bavariæ Principem Electoralem.

Praxeos supra eandem Methodum didacticam *Liber seu Annus secundus*, secundam vocabulorum connexionem continens, quæ in affinitate vocabulorum quoad eandem significationem consistit, latinè. in quart. Francofurti curatione Davidis Zunneri Anno 1671. ad Electoris Bavariæ Principem Electoralem.

Character pro notitiâ linguarum universali, inventum Steganographicum, ad modum Sinensium, paucarum horarum spatio omnes linguas intelligendi, latinè, in octav. Sumptibus Serlini & Ammonij Anno 1661. Ad Electorem Moguntinum.

In Medicina.

Totius Medicinæ Institutiones in aphorismis latine in 12. Francofurti sumptibus Beyeri, typis Balthasaris Wustij, Annô 1663. Ad Doctores Hohenstat & de Hörnigk.

Parnassus medicinalis, Animalium Vegetabilium & Mineralium Iconismos & virtutes exhibens, adjunctâ scholâ Salernitanâ & vitæ ac mortis præsagijs Hippocratis Coj, in ligata & prosâ, germanicè in fol. Sumptibus Iohannis Görlini, Ulmæ Anno 1663. Ad Electorem Moguntinum.

In Philosophiâ Chymicâ,

Oedipus Chymicus seu institutiones Chymicæ, latinè in 12. Francofurti Sumptibus Hermanni à Sande, Anno 1664. Eodem Anno recusus Amstelodami apud Eliyzeum Weierstraten. ad Doct. Sylvium de le Boë.

Metallurgia seu de generatione, refinatione & perfectione metallorum liber, germanicè in octav. Francofurti, Sumptibus Wilhelmi Ammonii & Serlini. Anno 1660. Ad Electoris Moguntini Fratrem.

Glauberus refutatus, seu Centuria Sophisticationum Glauberianarum sub nomine Antiglauberi, germanicè, Moguntiæ 1661.

Discursus de lapide Philosophorum Trismegisto, item de salinis Philosophicis, sub Solini Saltzthals nomine, in 12. germanicè, Breslæ. Anno 1654.

Physi-

Physica subterranea, seu Acta Laboratorij Monacensis, liber primus, latinè, in octavo. Sumptibus Davidis Zunneri, Francofurti Anno 1669. ad Electorem Bavariæ.

Experimentum Chymicum novum pro demonstrandâ instantaneâ generatione & transmutatione metallorum, Seu supplementum in physicam subterraneam & responsum ad Schedas Rolfincij de non entitate Mercurij corporum, in octav. Francofurti. Sumptibus Davidis Zunneri, latinè, Anno 1671. Ad R. Patrem Schorrerum, Soc. IESU Theologum.

In Politicâ.

Discursus de caussis incrementi & decrementi urbium & populorum, de instituendâ Societate Civili, ejusque inimicis, Monopolio, Polypolio, Propolio, nec non de ergastulis publicis, ærariis, emporiis, cambiis, banco, negotiatione & annonâ, germanicè in octav. Francofurt. Sumptibus Davidis Zunneri, Anno 1668. Ad Cameræ Cæsareæ Præsidem.

De novâ Coloniâ in Americâ instituendâ, seu de actis cum Societate Hollandicâ Indiæ occidentalis, Hanoviæ Comitis nomine initis, relatio cũ continuatione. Germanicè, Francofurti typis Kuchenbeckeri in quart. An. 1670.

In Philosophia morali.

Discursus moralis exponens proprias causas humanæ felicitatis & infelicitatis, opus satyricum, tractans de legibus naturæ, quarum rectum usum felicitatem causare, multis raris argumentis probatur, Germanicè in 12. Francofurti, Sumptibus Davidis Zunneri Anno 1669.

Regula ineundæ Societatis veræ, unitorum quorundam Christianorum, Germanicè in 12, Francofurti, Anno 1668.

Desiderantur adhuc typis imprimenda.

In Philologiâ.

Praxeos supra Methodum didacticam *liber seu Annus tertius*, tertiam vocabulorum connexionem continens, quæ in affinitate prædicationis & combinationis consistit.

Discursus de acuendâ ratione & formando judicio seu Methodus Gnostica, quomodo nempe homo rationalis intelligat & intellectum perficere possit.

In Medicinâ.

Dichotomia Botanica, seu sex millium circiter plantarum repræsentatio juxta genera & species in tabulis.

In Philosophiâ Chymicâ.

Physica subterranea liber secundus & tertius.

In Politicâ.

Discursus politici liber secundus & tertius.

In Philosophia Morali.

Manuductio Cardinalis Bonæ ad Cœlum, cum Commentario, poëticè,

Novum, breve, perfacile, & solidum

ORGANUM

Pro Verborum copiâ, in quâvis materiâ, expeditè acquirendâ, omni scriptioni & dictioni perutile,

Pro

SERENISSIMO

MAXIMILIANO,

Principe Electorali Bavariæ, &c.

Domino suo Clementissimo

invenit & elaboravit

JOANNES JOACHIMUS BECHERUS,
Spirensis, Doctor.

Cic. III. de Orat. c. 36.

Hoc constet, neque infantiam ejus, qui rem nôrit, sed eam explicare dicendo non queat: neque inscitiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam, quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam loquacem stultitiam.



MONACHII,
Imprimebat SEBASTIANUS RAUCH. M.DC.LXX.

Studiosæ Iuventuti,


IOACHIM BECHER

doctam facundiam

pr:

HAbes heic, studiosa Juventus, non Iliadem in nuce, sed plùs, nempè magnam, circiter 2400 Verborum ut plurimùm primitivorum, vel eorum loco, derivatorum copiam, maximo, imò annuo labore, non sine judicio, sub certis titulis, iisque naturalibus & propriis comprehensam, ita liberam, ut quodvis Verbum, si velis, ipsâ ejusdem significatione præstò sit, modo hoc organum, ejusdemquè titulos laterales, juxta Methodi meæ Didacticæ appendicis informationem pag: 31. 32. dextrè memoriæ mandare, téque in illis exercere velis, non habes quod obluctèris, Organum enim ità perspicuum est, ut nemo sit, qui obloqui possit, nisi qui vera loqui nequeat: Adjectiva, Adverbia, & Substantiva, eâdem methodo digesta desiderare posses, sed fac ut hæc persolvas, tùm reliqua sequentur, pulchra, jucunda, & solida, præsens autem Organum sufficienter redimes, tuumquè facies, si *Serenissimo Maximiliano, Bavariæ Principi Electorali, Optimo Maximo Adolescenti*, cujus gratiâ id elaboràvi & cujus auspiciis tibi communicavi, dignas agas gratias, illumquè mihi vel potius studiis meis propitium exores, vale, & inter plurimas, majorisque momenti occupationes, tuæ tamen memori, fave,

Orga-



Organi novi Philologici

PARS I,

Rerum Actiones & Paſſiones Seu VERBA continens.

Verba I



Es vario modo in mundo oriuntur, fiunt, exiſtunt, exſurgunt, efficiuntur, eveniunt, & evadunt, creantur *enim*, *tùm* animantur, vivificantur, corporantur, generantur, gignuntur, naſcuntur, *prout nempè* ſeminantur, & matrices fœcundantur, uberantur, & gravidantur, *tum enim*, ni ſterileſcant, concipiunt, fœtificant, fœtant, pariunt, quandoque abortiunt, *ità ſingula* creſcunt, oleſcunt, aleſcunt, auctantur, & maturantur. *Ortus Rerum & interitus. Oriundi. Generandi. Seminandi. Fœtificandi. Creſcendi*

Animalia incarnantur, dentiunt, corneſcunt, pilant, capillantur, plumeſcunt, mellificant. *Incarnandi &c.*

Vegetabilia radiceſcunt *primum*, tum frutificant, ſtirpeſcunt, ligneſcunt, arboreſcunt, ſylveſcunt, germinant, tuberant, pullulant, cauleſcunt, geniculant, gemmant, ſpicant, ſiliquantur, herbaſcunt, frondeſcunt, florent, frondent, vernant, virent, *tandem* fructificant. *Vegetandi*

Mineralia luteſcunt, lapideſcunt, gemmeſcunt, *& ſi ſic loqui liceat*, metalleſcunt. *Lapideſcendi, &c.*

Sublunaria taliter producta, ſunt, exiſtunt, vivunt, manent, conſtant, *donec* moriantur, expirent, occumbant, oppetant, denaſcantur, obeant, deficiant, aboriantur, perdantur, aboleantur, obliterentur, *ità enim omnia tandem me-* *Exiſtendi. Pereundi. Abolendi*

Verba

II

Qualitas rerum elementaris.

moriâ eliminantur, expunguntur, exſcinduntur, exſtringuntur, perlinuntur, liturantur, cancellantur, abrogantur.

Rorandi, &c. *Meteora* rorant, pluunt, gelant, glaciant, flant, ventilant, ſpirant, ningunt, grandināt, fulgurant, fulminant, tonant, *abſentiâ ignis & ſolis, res* frigent, algent, hiemant, *præſentiâ* calent, æſtuant, foventur, tepent, fervent, vaporant, bulliunt, bullant, fermentant, ſpumant, hālānt, fumant, etiam accenduntur, igneſcunt, gliſcunt, urunt, candent, ardent, flagrant, flammant, cremant, adoleſcunt, cineſaciunt. *Abſentiâ aquæ, res* ſiccantur & arent, *præſentiâ* madent, udant, hument, rigantur, inſuccantur.

Frigendi
Calendi
Bullandi
Igneſcendi
Siccandi
Madendi

Secundaria.

Vigendi *Elementorum proinde alteratione, res* vel vigent, vegetantur, convalent, vireſcunt, focillantur, roborantur, confortantur, relaxantur, pinguefiunt, *vel* languent, laſſantur, franguntur, enervantur, labefactantur, debilitantur, infirmantur, flaccent, macent, marcent, ſqualent, tabeſcunt, abſumuntur, exareſcunt, defethiſcunt, emulgentur, torpent, ſtupent, rigent, putrent, rancent, fracent, mucent, lenteſcunt, ſordent, verminant, fiſtulant, rubiginantur.

Languendi
Putrendi

Depravandi *Elementorum quoque mutabilitas in causâ eſt, quòd res ſæpè* depraventur, perdantur, deturbentur, corrumpantur, collutinentur, delinantur, polluantur, commaculentur, ſpurcentur, taminentur, ſordidentur, inquinentur, fœdentur, deformentur, devenuſtentur, dedecorentur, merdentur, *unde* degenerant & vileſcunt, *hinc opus eſt, ut* renoventur, reſtaurentur, interpolentur, integrentur, recorrigantur, reparentur, revocentur, *ſivè id fiat* purgando, verrendo, ſcopando, mungendo, purificando, elapidando, examurcando, defæcando, emuſcando, exherbando, emaculando, mundando, pertegendo, ſivè lavando, aſpergendo, tingendo, mergendo, tergendo, abluendo, imbuendo, *hinc res* meliorantur, decorantur, corriguntur, emendantur, clarificantur, *ut* valeant, proficiant, antecellant, præcedant,

Renovandi
Purgandi
Meliorandi
Proficiendi

dant, præſtent, emiheant, exſuperent, *ut proindè* ſpectentur, antehabeantur, anteſtent, exaggerentur, magnificentur.

Nunc à generali Elementorum Viciſſitudine, ad particulares Corporum proprietates properabimus, & quidem imprimis animaliũ, quæ ſe ore oſculantur, baſiant, ſuaviantur, hiſcunt, oſcitant, ringũtur, narib9 ſternũnt, *pulmonibus* ſpirant, anhelant, inhalant, nonnunquam ſuffocantur, *palato* ſalivant, ſpuunt, tuſſiunt, excernunt, ſcreant, *ventre* jejunant, eſutiũnt, jentant, prandent, meridiantur, cœnant, manducant, veſcuntur, edunt, cibantur, ſatiantur, *hinc* nutriuntur, aluntur, victitant, lactantur, rumantur, ineſcantur, *ità* obeſantur, opimantur, farciuntur, ſaginantur, *Cùm nempè* probè pabulantur, paſcuntur, educantur, receptantur, hoſpitantur, *cavendum tamen* ne bacchentur, crapulentur, comeſſentur, helluentur, epulentur, luxurientur, lurcentur, voluptuentur, luſtrentur, conviventur, popinentur, *bona ſua* deglulent, *ſed potiùs* ſe temperent, *præſertim edentes, cibos priùs* maſticent, mandant, manducent, frendere *enim*, ruminari, rodere, abedere, hirrire & mordere, *brutis convenit*, quæ vorant, tuburcinantur, ingurgitant, pappant, lambunt, delibant, ſorbent, glutiũnt, glubunt, ſugunt, lingunt, catillant, *tùm* ructantur, ſingultiunt, nauſeant, faſtidiunt, tandem ni digerant, vomunt, *hoc plerumque inter homines, cùm* ſitientes nimiùm bibunt, potant, hauriunt, *quod non contingeret*, ſi pitiſſantes *modeſtè* propinarent, *pecora* aquantur, *hinc raro* ebriantur, *corpora animalium vario modo* exonerantur, ſudant enim, mejunt, mingunt, viſiunt, pedunt, cacant, *vigiliâ & ſomno quoque opus*, hinc oſcitant, obtorpeſcunt, ſopiunt, dormiunt, etiam meridiantur, ſomniant, ronchiſſant, ſtertunt, *tandem* excitantur, expergiſcuntur, vigilant, *non minus ſanitati & morbo ſubjecta ſunt*, hinc laborant, ægreſcunt, febricitant, verminantur, ſanguinantur, ulcerantur,

Animalis.
Oſculandi, &c.
Spirandi, &c.
Screandi, &c.
Edendi.
Nutriendi.
Obeſandi.
Pabulandi.
Bacchandi.
Maſticandi &c.
Vorandi.
Ructandi, &c.
Bibendi.
Exonerandi corpus.
Dormiendi.
Vigilandi.
Ægrotandi.

suppurantur, exsaniantur, crudescunt, abscedunt, pruriunt, inficiuntur, siderantur, *ideò* gargarizantur, reficiuntnr, medentur, donec sanescant, valeant, salveant, tum sospitantur, præservantur, *nec minus pathemata animi nocent, hinc enim animale corpus* terretur, horret, timet, metuit, pavet, formidat, veretur, consternatur, obstupescit, exanimatur, perplexatur, pudefit, confunditur, verecundatur, anger, conflictatur, dolet, pœnitet, tædet, *plurimum autem patitur*, cùm irascitur, acerbatur, excandescit, exasperatur, stomachatur, succenset, minatur, ulciscitur, vindicat, *nec melius se habet*, cùm invidet, æmulatur, livet, zelat, adulatur, blanditur, se insinuat, assimulat, lenocinatur, assentatur, *pessimè* cùm furit, vesanit, sævit, grassatur, in rabiem agitur, debacchatur, ferocit, efferatur, *meliùs* cùm propitiatur, recōciliat, placat, pacat, ignoscit, proximi miseret, animum mansuefacit, mitigat, demulcet, delinit, *nec parùm* juvat, gaudere, hilarare, lætari, solandi *autem sunt*, qui tristantur, mærent, affliguntur, funestantur, lugent, animum despondent, *constantem tamen animum* ne pigeat, omnia ferre, tolerare, pati, perpeti, non persentire sed subsentire, non pigrescere, sed pertolerare, *virum bonum* decet.

Medendi. *Terrendi, &c.* *Irascendi, &c.* *Saviendi.* *Placandi.* *Hilarandi.* *Tristandi.* *Patiendi.*

Expositis istis qualitatibus, quæ in specie animalia corpora tangunt, ad illas declinabimus, quæ omnibus corporibus, communes sunt, nempè quantitatem, quæ dimensionem, pondus, & numerum complectitur, locum & tempus.

III
Quantitas
Dimensio
Mensurandi

Corpora enim metiuntur, mensurantur, etiam castra metantur, *pro proportione ergò dimensionis*, grandiuntur, dilatantur, ampliantur, laxantur, propagantur, elongantur, producuntur, vel breviantur, curtantur, contrahuntur, arctantur, *Ratione ponderis* verò, trutinantur, librantur, penduntur, ponderantur, gravantur, saburrantur, onerantur, vel levantur. *Numero* calculamus, numeramus, reddimus & subducimus rationem, computamus, accensemus, ratiocinamur, dividimus,

Ponderatio *Librandi* Numeratio *Calculandi* *Dividendi*

mus,

mus, intercalamus, resolvimus, partimur, detrahimus, defalcamus, abstrahimus, dispescimus, dispensamus, distribuimus, erogamus, dividimus, dispendimus, hercíscimus, militem decimamus, decuriamus, centuriamus, cives tribuimus, totū dimidiamus, aliqua distinguimus, interpungimus, discriminamus, cernimus, sequestramus, dejungimus, separamus, segregamus, dissociamus, secludimus, diducimus, dissepimus, divaricamus, digerimus, ità discernimus, seligimus, excerpimus, *rursus autem si libeat*, coaddimus, & multiplicamus, iteramus, repetimus, ingeminamus, replicamus, adunamus, duplicamus, geminamus, tertiamus, triplicamus, quadruplicamus, centuplicamus, succenturiamus, superaddimus, *sic*, *donec sufficiat*, coacervamus, exaggeramus, cumulamus, conferimus, concimus, recolligimus, adimplemus, augemus, collectamus, conglobamus, adaggeramus, accervamus, aggregamus, aggerimus, colligimus, corrogamus, adindimus, *ità* locupletamus, opulentamus, *quousque numerus* crebescat, ingrandescat, increscat, abundet, scateat, excedat, exuberet, supersit, superet, superabundet, redundet, ita supersit, *tùm verò*, *si denuò lubeat*, vacuamus, emolimur, attenuamus, exinanimus, minuimus, vastamus, perturbamus, destruimus, excidimus, desolamus, depopulamur, *donec quod nimium erat*, decrescat.

Distribuendi

Distinguendi

Multiplicandi

Augendi

Abundandi

Vacuandi

Minuendi

IV

Locus

Quæcunque in mundo existunt, in loco sunt, in quem ut ponantur, necesse est, vndè positionis, locationis, ubicationis, & situationis vocabula, quoque recensenda veniunt.

Statuuntur *autem res in locum*, vel ponuntur & locantur, interseruntur, insertantur, transplantantur, derivantur, & juxta ordinē seruntur, fundantur, ordinantur, concinnantur, destinantur, locantur, disponuntur, constituuntur, initiantur, succedunt, surrogantur, prædestinantur, subleguntur, decussantur, inaugurantur, alterantur, cumulantur, convertuntur, transmutantur, variantur, variegan-

Locatio *ponendi*

V

Locandi

Disponendi

Verba *Standi, &c.* tur, confunduntur, turbantur, *sivè in loco* stent, jaceant, cubent, accumbant, sedeant, clinent, congeniculent, ver-
Exaltandi, &c. gant, supinent, pendeant, hæreant, sivè exaltentur, extollantur, erigantur, efferantur, sublimentur, eleventur, deturbentur, humilientur, deprimantur, subdantur, demittantur, *& quoniam duo corpora simul & semel in eodem loco esse nequeunt, tum unum alteri cedere, & ubi hic vel ille locus* vacat,
Hietandi hietat, hiulcat, *aliud corpus* succedere *debet, ne vel metu loci vacui vel penetrationis corporum, illa* crepent, dissultent, *locus*
Habitandi *ipse* locatur, colitur, *in loco* manemus, habitamus, degimus,
Rurandi versamur, diversamur, divertimus, nidulamur, *quandoque* ruramur, stabulamur, abnoctamus, pernoctamus, *aut locum mutantes* incarceramur, captivamur, exterminamur, relega-
Exulandi *Humandi* mur, exulamus, *certus tamen nos manet locus*, nam humamur,
Situatio *Patendi* funeramur, sepelimur, tumulamur, efferimur. *In omni loco*, vel patemus, paremus, apricamur, præstò sumus, repræsentamus, nos sistimus, adsumus, aut distamus, absentamus, nos proripimus, latitamus, delitescimus, *sumus autem in loco vel*
Vestiendi *nudati vel vestiti, prout nempè vestimentis* nudamur, vel circumdamur, ornamur, coronamur, colimur, mangonizamur, vestimur, amicimur, induimur, palliamur, *aut nos* obnubimus, pelliculamus, cingimus, armamus, loricamus, *equos*
Frænandi, &c. *Tegendi* *autem vestimenti loco*, frænamus, capistramus, calceamus, *omnia corpora* vel velamus, tegimus, consternimus, tergoramus, obducimus, linimus, *vel* nudamus, viduamus, exui-
Decorticandi mus, *gladios* evaginamus, *arbores* decorticamus, deglubamus, delibramus, destringimus, exalburnamus, *fructus* enucleamus, defloremus, *ipsum caluitium* deglabramus, & decaluamus.

V
Tempus
Perennandi
Quiquid denique est, in tempore versatur, sed diversimodè, aliqua enim corpora durant, perpetuant, continuant, perennant, æternant, morantur, tardant, expectant, præstolantur, cunctantur, pausant, prolongant, terminum suum

pro-

prorogant, comperendinant, protelant, distinent, differunt, transfigunt, protendunt, *aliqua verò* festinant, properant, celerant, maturant, anticipant, opprimunt, præcipitant, *sed juxta anni ætates quædam* æstivant, hibernant *in anno, in die* diescit vesperascit, noctescit, *ætas* puerascit, masculescit, juvenescit, senescit, veterascit, antiquatur, *ipsum tempus, initio gaudet & fine, unde quædam res* auspicantur, ordiuntur, inchoant, cœptant, ineunt, integrant, imminent, ingruunt, *quædam* finiunt, terminant, perficiunt, coronidem addunt. Festinandi Æstivandi, &c. Diescendi, &c. Puerascēdi, &c. Auspicandi Finiendi

Nunc recensitis generalioribus rerum affectionibus, quæ omnibus corporibus communes sunt, ad speciali ores properabimus, nempè ad quinque sensus externos. Quorum primus gustus est, nam quæ sapiunt, sivè dulceant, aceant, aut amaricent, gustamus, *& ne pereant*, salimus, condimus. Sensus Externi VI Gustus Gustandi

VII

Sequitur Odor, quæ enim, odorant, olent, sivè fragrent, sive fæteant, puteant, odoramur. Odor Odorandi

VIII

Visus omnium sensuū nobiliss. pro objecto lucem & colorem habet, dum enim res lucent, nitescunt, candent, splendent, fulgurant, micant, scintillant, coruscant, rutilant, radiant, purputant, luminant, serenant, clarescunt, transparent, *tùm inquam à nobis* videntur, cernuntur, tuentur, lustrantur, speccantur, sivè niveamus, sivè nictemus, *quandoque etiam nimio splendore oculi* perstringuntur, *sed quæ* inumbrantur, obscurantur, obfuscantur, opacantur, sive obtenebrando sive nubilando, eclipsando, non cernuntur, *& ad illa* cæcutimus, caligamus, lippimus, *ex visu & luce colores* discernuntur, *hinc quædam* albent, canent, pallent, candicant, livent, flavent, virescunt, purpurascunt, rubent, nigrent, *prout nempè res à pictoribus* pinguntur, trullissantur, insolantur, albantur, nigrantur, rutilantur, miniantur, rufantur, purpurissantur, fuscantur, aurantur, aut fucantur. Visus Lucendi Videndi Obscurandi Caecutiendi Albendi, &c. Pingendi.

IX

Nec posteriorem locum auditus meretur, quo, ni obsurdescamus, audimus, percipimus, observamus, aliisquè oggannimus, Auditus Audiendi

Sonus *Sonandi*

nimus, *quæcunque autem auditu percipiuntur*, vel ſonant, tonant, ſuſurrant, ſtridunt, fremunt, ſtrepunt, ſibilant, bombilant, clangunt, tinniunt, remugiunt, crepant, murmurant, muſſitant, ſupplodunt, poppyzant, tumultuantur, *vel* buccinando, campanas pulſando, tympizando, canendo, modulando, pſallendo, plectendo, fiſtulando, imò etiam ridendo, cachinnando percipiuntur, *ſermone verò humano nihil acceptiùs, nihil gratiùs, præſtat tamen* tacere, ſilere, quàm lallare, balbutire, hæſitare, mutire, gallulaſcere, raucere, *ſed expedita lingua* ait, inquit, fatur, loquitur, dicit, ediſſerit, ſermocinatur, narrat, perorat, percenſet, nunciat, aſſeverat, confitetur, prærogat, regerit, reſpondet, recitat, ſuffragium fert, blaterat, garrit, eliminat, nominat, nuncupat, ſignificat, calat, appellat, vocat, accerſit, clamat, *diverſus autem eſt ſermonis uſus, bonus & malus, hinc vel* jocamur, fabulamur, nugamur, ſcurramur, vel jurgamur, rixamur, tricamur, altercamur, vitilitigamus, contendimus, expoſtulamus, intonamus, corrigimus, diſſentimus, ſycophantamur, *vel* proximum ludimus, cavillamur, ſubſannamus, & ſibilamus, *vel* illum infamamus, proclamamus, inſultamus, exprobramus, ejus honorem imminuimus, indignamur, temnimus, deſpicamur, convitiamur, ſuggillamus, traducimus, honori detrahimus, calumniamur, detrectamus, improperamus, dehoneſtamus, increpamus, invehimur, taxamus, carpimus, atque ità malè audimus, *præſertim, ſi* convitiando nos jactemus, crepemus, gloriemur, oſtentemus, ſuſtollamus, venditemus, *peſſimè*, ſi blaſphememur, dejeremus, imprecemur, maledicamus, & quæ ſunt nefaria dictu, *præſtat proindè proximum* avere jubere, humaniter ſalutare, de felicitate ejus gratulari, acclamare, comprecari, congratari, prædicare, gratiam habere, valere jubere, illum celebrare, ejus famam commendare, decantare, laudare, dignari, colere, venerari, honorare, obſervare, ſuſpicere, faſtigare, anteponere, aſſurgere, *præſertim ſi*

Balbutiendi &c. Locutio *Loquendi*

Iocandi *Rixandi*

Subſannandi

Convitiandi *Gloriandi*

Imprecandi

Salutandi *Gratulandi*

Honorandi

tim si benè audiat, clareat, & quæ decent, *fecerit, eidem* parentare, *Prout sermonis usus civilis, bonus vel malus est, ita ejusdem physicus lætus est vel flebilis*, hinc *aliqui* gestiunt, plaudunt, triumphant, jubilant, ovant, exsultant, *alii* vagiunt, suspirant, singultim loquuntur, queruntur, flent, Plangunt, lamentantur, pipulant, lachrimantur, gemunt, plorant, ejulant, exululant *Iubilandi* *Lamentandi*

Bestiarum sonus varius est, aliqua enim balant, barriunt, baubant, boant, bombiunt, cantant, coaxant, clangunt, cornicantur, crociunt, cuculant, cucuriunt, fritinniunt, ganniunt, gingriunt, *aliqua* glociunt, gloterant, gracillant, gruunt, grunniunt, hinniunt, latrant, minuriunt, mugiunt, pipant, rudunt, rugiunt, vagiunt, ululant. *Balandi, &c.*

X

Nunc de auditu ad tactum progrediemur, circa quem tria consideranda sunt, illud nempè quod tangit, seu modus tactionis, illud quod tangitur, nempè superficies rerum, & illud, quod inter tangens & tactile versatur, scilicet motus, sine quo nullus tactus fieri posset, singula propriis vocabulis exponemus. Tactus

Quacunque tangimus, *vel simpliciter tantùm* attingimus, prensamus, prehendimus, tentamus, tenemus, palpamus, capessimus, attrectamus, præcipimus, manticulamur, mulcemus, *& ne amittamus*, hamamus, inuncamus, rostramus, notamus, signamus, sigillamus, *vel tangendo* pandimus, pandiculamur, tendimus, penetramus, producimus, disjungimus, lentamus, porrigimus, stringimus, premimus, frangimus, vellicamus, findimus, diloricamus, deplantamus, laceramus, carpimus, deripimus, rumpimus, *vel tangendo* offendimus, stigamus, vulneramus, violamus, angariamus, tribulamus, exagitamus, vexamus, cruciamus, affligimus, molestamus, cædimus, temeramus, icimus, cædimus, fligimus, ferimus, suggillamus, percutimus, vapulamus, afflictamus, verberamus, *vel* torquemus, vexamus, fustigamus, castigamus, flagellamus, fendimus, cædimus, vulneramus, Tangens *Prehendendi* *Hamandi, &c.* *Pandendi* *Offendendi.* *Cædendi* *Torquendi, &c.*

Pungendi cruentamus, sauciamus, crucifigimus, laniamus, lapidamus, *aut* icimus, pungimus, configimus, confodimus, transadigimus, fodicamus, stigamus, stimulamus, lancinamus, titillamus, *Necandi* *aut planè* necamus, occidimus, strangulamus, trucidamus, perimimus, exanimamus, interficimus, maciamus, obtruncamus, jugulamus, consciscimus, *Dearttuandi* *vel denique fortissimè tangendo*, dearttuamus, mutilamus, truncamus, excoriamus, desquamamus, castramus, emasculamus, eunuchizamus, eviramus, decollamus, exoculamus, eluscamus, elinguamus, edentamus, exdorsuamus, enervamus, delumbamus, emedullamus, exossamus, exenteramus, eviscceramus.

Tactile seu superficies physicè. *Raresceendi, &c.* *Nunc expositis tactionis modis & gradibus, ad tactile, nempè superficiem corporum progrediemur, quæ duplici modo considerari potest, nempè physicè & mechanicè, physicè quidem, ubi superficies rerum* tenerescit, rarescit, gracilescit, vel densescit, spissescit, crassescit, tumescit, turgescit, aut durescit, callescit, solidescit, consistit, mollescit, *undè diversimodè* tractatur, *Miscendi* miscetur, truatur, præparatur, insipatur, inspergitur, superinsternitur, dissolvitur, liquatur, conflatur, funditur, depsitur, subigitur, pinsitur, frigitur, torretur, assatur, coquitur, lixatur, destillatur, maceratur, temperatur, inficitur, imbuitur.

Mechanicè considerata *Acuendi* *Mechanicè verò superficies considerata, vario quoque modo elaboratur, obtusam* enim acuimus, acuminamus, cacuminamus, cuspidamus, fastigiamus, spiculamus, cuneamus, hebetamus, *Arcuandi* *submissam* arcuamus, fornicamus, cameramus, assamus, deasciamus, tabulamus, lacunamus, subcuneamus, *planam* *Calandi* cælamus, cavamus, exaramus, vermiculamur, pumicamus, *Fricandi* famiamus, fricamus, rodimus, scobinamus, scabimus, *Forandi* scalpimus, sculpimus, *solidã* terebramus, foramus, *constrictam* *Cudendi* pulsamus, malleamus, laminamus, cudimus, *asperã* limamus, *Poliendi* polimus, lævamus, tornamus, extorquemus, fingimus, dolamus, deruncinamus, *& ut* scabreat, lubricamus, *contrari-* *Lubricandi* *um* asperamus, *Flectendi* *flexilem* flectimus, torquemus, obliquamus, curua-

curvamus, ſinuamus, plectimus, teximus, viemus, conſpiramus, ſtriamus, criſpamus, ſcirpamus, glomeramus, volvimus, plicamus, rugamus, caperamus, *obliquam* normamus, æquamus, *præſertim qua* eminent, ſe exporrigunt, abludunt, planamus, vel fiſtucamus, pavimus, ruderamus, ſipamus, pavimentamus, *ſolidam* pinſimus, tundimus, trituramus, tribulamus, calcinamus, comminuimus, molimus, terimus, quaſſamus, diſcutimus, pulveramus, *ferream* fodimus, ſubruimus, aramus, ſulcamus, occamus, proſcindimus, ruſpamur, eradimus, ſarrimus, runcamus, extirpamus, explantamus, paſtinamus, ablaqueamus, liramus, pectinamus, *lineam*, *laneam*, carimus, carminamus, pectimus, ſtrigillamus, deſtringimus, comimus, *laxam & ſolutam* pilamus, ſtipamus, turamus, pangimus, filamus, agglomeramus, obvoluimus, verſamus, nemus, ſuimus, ſarcinamus, ſarcimus, limbo obducimus, teximus, nodamus, innectimus, impedimus, irretimus, adſtringimus, illaqueamus, intricamus, ſubducimus, *continuam* ſecamus, ſcindimus, tondemus, raſitamus, depilamus, contruncamus, admutilamus, incidimus, demetimus, ſublucamus, putamus, abnodamus, decacuminamus, ſurculamus, ſerramus, ſcarificamus, *rudem* erudimus, adornamus, attemperamus, paramus, fingimus, figuramus, lineamus, circulamus, decircinamus, circumſcribimus, denotamus, globamus, rotundamus, quadramus, *& prout* adumbramus, invenimus, machinamur, *ità poſtquam* materiamur, *incipimus* architectari, fabricare, aſciare, dolare, ædificare, condere, recolere, ſtruere, nidificare, cancellare, feneſtrare, *& niſi placeat*, diruere, demoliri, *labilem* arietamus, pedamus, adminiculamus, ſtatuminamus, fulcimus, ſtabilimus, firmamus, fundamus, ſolidamus, cuneamus, impedamus, figimus, ſuppingimus, *& ut inniti queat*, ſubſternimus, *liberam* munimus, vallamus, circumaggeramus, circumretimus, arbuſtamus, conſerimus, circumplectimur, circumdamus, cingimus, circumſti-

Æquandi *Fiſtucandi* *Pinſendi* *Tundendi* *Fodiendi* *Arandi* *Pectendi* *Pangendi* *Nendi* *Texendi* *Secandi* *Erudiendi* *Machinandi* *Architectandi* *Fulciendi* *Firmandi* *Muniendi* *Circumplectendi*

Combinandi

cumstipamus,convasamus, marginamus, sepimus, limitamus, circumpangimus,*sparsam & disjunctam* combinamus, commodamus,concorporamus,aptamus, sociamus, unimus, concordamus,conciliamus, quadramus, *& donec* respondeat,concurrat,congruat,cohæresc at,assimilamus,jungimus,componimus.conserimus, reconcinnamus, coassamus,conjugamus,copulamus, côagulamus, coagmentamus, fibulamus,subnectimus, subjungimus, contignamus, compaginamus,catenamus,compedimus,infibulamus, suffrænamus, accingimus, vincimus, adstringimus, ligamus, redimimus,palmamus,jugamus,seramus,claudimus, operimus *velprorsùs* plumbamus, glutinamus, lutamus, ferruminamus,lutulamus, gummamus, picamus, gypsamus, crustamus,ceramus,linimus, ungimus,emplastramus, *vel clausam & junctam* solvimus, liberamus, aperimus, relinimus, pandimus,reseramus,recludimus,patefacimus, enodamus, laxamus,dejugamus,expedimus,ablaqueamus, abjugamus, renodamus, refibulamus, diffibulamus, refigimus, sejungimus, excludimus, diffuimus, discuneamus, dissipamus, diffundimus, spargimus, dirimimus.

Iungendi

Ferruminandi,&c.

Solvendi
Recludendi
Laxandi

Motus

Superest ut motum, qui ad tactum concurrit, expendamus, cùm enim tangimus, simul movemus, *vel* ciendo, rotando, volvendo,gyrando,palangando,vertendo,agendo, pellendo, trudendo,collidendo,raptando,verrendo, succussando, sternendo, spargendo, fundendo, percellendo, cædendo, præcipitando,*vel* librando,evibrando,ventilando, vannando,vibrissando, vacillando,tremendo, trepitando,palpitando, titubando, *vel* jaciendo,jaculando, jactitando, projiciendo,missitando,funditando,displodendo, sagittando, gesticulando. *sic promovemus*,cùm vel trahimur, ductamur,vehimur,vel aurigamus,navigamus,remigamus, remulcamus, velificamus, perfretamus,trajicimus, quandoque verò naufragamur, *nihil mobiliùs aquâ*, hanc enim facilè haurimus,

Trudendi,&c.

Librandi
Ventilandi
Tremendi
Iactitandi
Vehendi,&c.

antla-

antlamus, aquamur, hauſtam libamus, effundimus, deliquamus, vergimus, fundimus, *ob mobilitatem aquæ levisſimè* fluit, labitur, alluit, ni derivetur, manat, undat, ſtagnat, ſtillat, ſcatet, *animalia verò vario modo* loco moventur, eundo, ambulando, vadendo, gradiendo, meando, *& cùm hoc agunt, vel alia* ſequuntur, ſtipant, comitantur, ſectantur, ſagiunt, indagant, inveſtigant, *vel* palantur, vagantur, delirant, exorbitant, oberrant, deviant, abſcedunt, declinant, ſpatiantur trajectant, migrant, peregrinantur, peragrant, proficiſcuntur, pervagantur, *donec* appropinquent, ſe offendant, obtingant, pergant, intrent, antevertant, repetant, *& ſe* ſubducant, ac lateſcant, *præſertim* ſi fugentur, tùm ſurgunt, fugiunt, reciprocant, præoccupant, offendunt, atque ità promovent *ſivè* currendo, ſcandendo, vulpinando, tripetando, tripudiando, ſive ſaltando, ſaliendo, *impediuntur autem* claudicando, cæſpitando, prætentando, exculcando, calcitrando, *tunc* labuntur, cadunt, ruunt, allidunt, offendunt, impingunt, peſſùm eunt, *ſpecialiter loco moventur animalia*, ſivè rependo, ſerpendo, volando, ſivè equitando, nando, urinando, fluitando, emergendo, vadando, merſitando, aquam calcando. *Motui opponitur quies, cùm nempè* quieſcimus, rebus ſuperſedemus, deſinimus, deſiſtimus, relinquimus, mittimus, reſtamus, ceſſamus, hæſitamus, *& ne res moveantur, ſed* ſubſidant, eas tranquillamus, ſedamus, coercemus, detinemus, præpedimus, cludimus, ſufflaminamus, ſupplantamus, obvaricamus.

Fundendi · *Fluendi* · *Eundi* · *Comitandi* · *Deviandi* · *Peregrinandi* · *Appropinquandi* · *Fugiendi* · *Currendi, &c.* · *Claudicandi &c* · *Cadendi* · *Repend, &c.* · *Nandi, &c.* · Quies · *Quieſcendi* · *Sedandi* · *Sufflaminandi, &c.*

Conſideratis communibus rerum accidentiis externis, ad interna rerum accidentia properabimus, nempè ſenſus rerum internos, qui tantùm animalibus, præſertim rationalibus communes ſunt.

Senſus interni

XI

Omnibus autẽ animalibus potentia ineſt, nempè quod ad aliquid agendum valeant, queant, poſſint, polleant, *quòd aliquid agere* nitantur, conentur, geſtiant, anhelent, audeant, experian-

Potentia agendi · *Conandi*

tian-

tiantur, moliantur, tentent, probent, periclitentur, curent, contendant, ambiant, adſpirent, inſtent, deſiderent, accingant, ſuſcipiant, proponant, operam navent, impendant, adhibeant, incumbant, petant, tendant, colliment, *&* Modi agendi *tùm* pertendunt, conſumunt, faciunt, agunt, laborant, operantur, exequuntur, funguntur, præſtant, emoliuntur, perpetrant, paritant, edunt, occupantur, ſuccollant, ſubſumunt, ſubeunt, vendicant, curant, pertractant, lucubrant, *donec* e- Expediendi luctentur, ſe expediant, conſumant, *atq; omnia* juxta votum cedant, & ſpe ſuâ non fruſtrentur, *actiones autem variæ ſunt,* Conſueſcendi *prout homines* conſueverunt, ſolent, uſurpant, occaleſcunt, Negligendi obdureſcunt, *vel prout* negligunt, vacant, abſtinent, indormiunt, ſegneſcunt, delinquunt, deſidunt, otiantur, dedocent, *principalium tamen actionum, duæ ſunt, una quâ corpora ad a-* Incitandi *gendum* laceſſimus, invitamus, incitamus, inducimus, inſtigamus, incutimus, impellimus, *altera, quâ ipſum opus* facimus, Portandi ferimus, bajulamus, portamus, geſtamus, libramus, tollimus, ducimus. *Omnis autem noſtra actio eô collimare debet, ne* Nocendi *proximo* noceat, officiat, eum perſequatur, incommodet, ei inſidietur, eum impugnet, contra eum inſurgat, aut ex eâ Deſerendi damnum accipiat, *proindè eum* ne deſtituamus, deſimus, ab eo deficiamus, eum derelinquamus, deſeramus, ipſi aliquid renuamus, recuſemus, aures contra illum obturemus, ne repulſam patiatur, *potiùs mala* reprimamus, averruncemus, ne periclitetur, *& quidquid ipſi* conferre, prodeſſe, con- Iuvandi ducere poterit, in eo illum, juvemus, adminiculemur, auxiliemur, operam navemus, ſuggeramus, ſuccurramus, opitulemur, ſubſidium ſuppetias feramus, ſublevemus, ſubveniamus, *& ſi nos* imploret, confidat, atque perfugiat, nos offeramus, pro eo intercedamus, eum commendemus, ei gra- Gratificandi tificemur, faveamus, obſecundemus, promoveamus, opẽ ge- Protegendi Servandi ramus, ſuppetamus, ab *adverſis* præſervemus, tueamur, protegamus, defendamus, vindicemus, ſervemus, foveamus,

ſuper-

ſuperſtitemus,curemus,proviſamus, proſpiciamus, provideamus,alamus,adoptemus, obſtetricemur. *Deniq; actiones vel civiles vel militares ſunt,in civilibus actionibus, varia agimus*,vel enim negotiamur,cambimus, vel cauponamur, aut venamur,aucupamur,piſcamur, vel aurigamur, *vel* ruſticamur,villicamur,ruramur,& tùm rus colimus, ſerimus, ſeminamus,ſtercoramus,frumentamur, pampinamns, propagamus,inoculamus, ſupplantamus, racemamus, vindemiamus, olivamus, lignamur, pecora compeſcimus, adaquamus,mulgemus, butyrum conficimus. *Actiones militares quoque variæ ſunt,primò enim miles* conquiritur, conſcribitur,tùm luſtratur,denique bellum clarigant,tùm inceſſunt, involant,adoriuntur,cingunt copiis,obſidiantur, partim ſubſidunt,partim provocant, militant, bellant, certant, pugnant,dimicant,confligunt,præliantur,latrocinantur, piraticam faciunt,aut luctantur,digladiantur,pugilant, *donec* vincant,& pacificent.

Negotiandi,&c. *Rurandi,&c.* *Militandi,&c.*

XII

Voluntas

Hactenus expoſuimus,quomodo homo agere & operari poſſit,nunc declarabimus,quomodo velit, aut nolit, cùm vult, mavult, appetit, experiſcit, affectat, delectatur, avet,inhiat, optat,cupit,deſiderat,deperit,& quæ placent, libent, arrident,probat,afficitur, amat, diligit, amplectitur, admittit, invitat,accerſit,opperitur,*ſed quæ* non vult, quæ diſplicent, illa odit,infenſat,his inimicatur,vitat,defugat,abnegat,abdicit,abnuit,obſtrigillat,tergiverſatur,detrectat, abominatur, deteſtatur,averſatur, cavet, declinat,arcet,repudiat, prodigit,averruncat,explodit,depulſat,protelat, ſiniſtrè accipit, improbat,reſpuit,condemnat, ſpernit, omittit, floccipendet,nauci facit,moratur, damnat, abjicit, neglectui habet. *In ſpecie autem homines deſiderant* dominari,imperare,condere ferre-rogare leges, regere,magiſtrari,moderari, adminiſtrare, gubernare, edictare,delegare, injungere,mandare, jubere,præcipere,irrogare,domare,cogere,ſuperare, ſubigere,

Appetendi *Diſplicendi* *Averſandi* *Dominandi* *Domandi*

Vetandi
Poenendi
Obluctandi
Parcendi

igere, subjugare, pervincere, cicurare, compescere, cohibere, interdicere, vetare, interminari, advertere, culpare, damnare, infligere, plectere, punire, redarguere, reprehendere, mulctare, *præsertim si puniendi tumultuentur*, obluctentur, rebellent, conspirent, concitent, *sed quæ* licent, hæc concedimus, his auscultamus, parcimus, indulgemus, vindicias damus, etiam veniam rogantibus veniam damus, gratiam facimus, remittimus. *Prout dominandi, ità quibusdam serviendi animus est*, hi ergó conducuntur, serviunt, sivè famulentur, sivè ancillentur, ministrant, subsunt, merent, obsecundant, obtemperant, obsequuntur, obediunt, parent, morigerantur, *omnes* stipendiantur, *hinc stipendium inter eos* diribimus, *& finito servitio* emancipantur, manu mittuntur, aut abdicantur, exauctorantur, rude donantur.

Serviendi
Stipendiandi

Maxima autem mortalibus cupido acquirendi & possidendi inest, hinc omnes quærimus, petimus, procimus, poscimus, exigimus, investigamus, flagitamus, rimamur, pervoluimus, donec desiderata adipiscamur, sortiamur, nanciscamur, potiamur, consequamur, conciliemus, obtineamus, reperiamus, impetremus, acquiramus, inveniamus, habeamus, possideamus, fruamur, utamur, *& nisi acquisita sufficiant, quovis modo* comparamus, congestamus, si suppetant, sumimus, promptamus, capimus, complectimur, *sed si aliò pertineant, vel spectent, vario modo* adsciscimus, *nempè* vi demendo, spoliando, prædando, privando, perpopulando, harpagando, latrocinando, derogando, subtrahendo, *aut clàm* furando, involando, clependo, compilando, suppilando, peculando, supplantando, manticulando, *proindè res* asservamus, custodimus, condimus, abdimus, abstrudimus, *ut* lateant, delitéant, celamus, occulimus, *quas verò* manifestare volumus, develamus, monstramus, ostendimus, exhibemus, sistimus, detegimus, præsentamus, propalamus, revelamus, vulga-

Quærendi
Potiundi
Acquirendi
Possidendi
Comparandi
Sumendi
Spoliandi
Custodiendi
Celandi
Monstrandi

vulgamus, *ut* innotescant, disseminentur, publicentur, intimentur, *tùm* damus, porrigimus, promimus, præbemus, subministramus, donamus, largimur, dotamus, legamus, numeramus, gratiam referimus, dicamus, assignamus, mancipamus, participamus, impertimus, communicamus, commodamus, credimus, fidimus, mutuamus, committimus, elocamus, aut conducimus, pollicemur, promittimus, addicimus, spondemus, stipulamur, vadamur, *debita verò* persolvimus, rependimus, reluimus, redhostimus, retribuimus, & si repetundarum teneamur, refundimus, resarcimus, reddimus, *ità bona acquisita* insumimus, abalienamus, intervertimus, perdimus, amittimus, subducimus, exhereditamus, amittimus, ludimus, jacturam facimus, exigimus, dilapidamus, dispendimus, profundimus, procellimus, excidimus, auferimus, semovemus, confiscamus, *donec* luamus; desideremus, egeamus, deficiamus, careamus, opus & necesse habeamus, tandem pauperemur, & mendicemus, omniaquè debeamus, & ad solutionem teneamur, tùm succumbere & mensâ surgere cogimur, *vel, ut famam redimere queamus*, omnia nostra oppignoramus; vendimus, auctionem facimus, *ità bona* vilescunt, prostant, licent, tùm quanti constent, licitantur, veneunt, nundinantur, emuntur, depreciantur, *quousque* ærusćando, aut mutando lucrentur, *tùm quod* relinquantur, restant, *ex parte* persolvunt, *postmodum* parcunt, atque itá non rarò ditescunt, thesaurizant, præsertim si hæreditent.

Publicandi *Dandi* *Stipulandi* *Persolvendi* *Abalienandi* *Egendi* *Pauperandi* *Vendendi* *Emendi* *Ditescendi*

Denique Voluntas & appetitus hominum ad luxuriem prona est, sic quibus oblectamur, genio indulgemus, superbimus, luxuriamur, decoquimus, ludimus, adolescenturimus, lascivimus, libidinamus, fornicamur, scortamur, meretricamur, lenocinamur, adulteramur, moechamur, stupramus, stupamus, incestuamus, *honesto tamen modo, licet etiam* amare, procare, ambire, nupturire, maritare, conjugare, uxorem ducere, nubere.

Luxuriandi *Amandi*

Verba

XIII Memoria *Memorandi* *Explicatâ humanâ potentiâ & voluntate, memoria restat, quâ, quid egerimus, quid voluerimus* memoramus, recordamur, reminiscimur, nova commentamur, contechnamur, imaginamur, præmeditamur, deliberamus, *& nisi illa nobis cogitanda* suggerat, eorum obliviscimur.

XIV Ratio *Vt omnia bono ordine memoriæ mandentur, atq; deliberentur, ratio humana requiritur, quia homo animal rationale definitur, atque à cæteris brutis discernitur, pro ratione ergò informandâ requiritur, ut informandus* (*Scrutandi*) quærat, scrutetur, sciscitetur, percontetur, expiscetur, speculetur, examinet, interroget, discutiat, evestiget, exploret, indaget, inquirat, *tùm docens eum* (*Docendi*) doceat, informet, instituat, erudiat, profiteatur, tradat, instruat, educat, colat, moneat, hortetur, significet, exercitet, inculcet, declaret, paraphrasi dilucidet, illustret, enucleet, explanet, explicet, interpretetur, dictet, enarret, referat, recitet, alleget, indigitet, denotet, significet, alludat, trãsferat. *Discens verò* (*Studendi*) consequatur, apprehendat, observet, advertat, studeat, expendat, penset, suboleat, speculetur, ne ignoret, noscat, sciat, calleat, teneat, sapiat, & ne miretur, ineptiat, fatuetur, stultescat, ideò (*Discendi*) discat, lucubret, attendat, syllabizet, *tùm* legat, evolvat, scribat, regerat, epistolam exaret, declamitet, *tandem ad altiora accedat, nempe* (*Ratiocinandi*) ratiocinetur, philosophetur, excogitet, comminiscatur, commeditetur, fingat, pöetetur, contempletur, reputet, consideret, argumentetur, discurrat, disputet, intelligat, dignoscat, adinveniat, præsumat, proponat, instituat, percipiat, arguat, argumentetur, disceptet, demonstret, sciscat, statuat, definiat, ratum habeat, inferat conclusionem, obstinet, revincat, prætendat, confutet, contradicat, controvertat, objiciat, contraveniat, refellat, gravetur, retractet, excipiat, *si visum sit, faciat*, ut res liqueant, (*Probandi*) probet, fateatur, neget, inficietur, non tamen mentiatur, *quæ tantùm* videntur, quæ putat, (*Arbitrandi*) arbitratur, conjicit, ducit, sentit, in quibus hæsitat, dubitat, ambigit, suspi-

Verba

ſuſpicatur, exiſtimat, autumat, cenſet, colligit, judicat, de his ne certet, *ſed certa* deligat, ſperet, aut incerta ſimulet, donec melius perpendat, trutinetur, aut retaxet, *incerta enim* vilipenduntur, certa magni penduntur, parantur, æſtimantur, *hac ergò rogantibus* conſulat, ſuadeat, comprobet, his aſſentiatur, incertis refragetur, adverſetur, diſcrepet, diſcordet. *Æſtimandi &c.* *Conſulendi*

XV Intellectus

Inprimis autem pro intellectûs illuſtratione orandum, precandum, ſupplicandum eſt, ne delinquat, ne peccet, erret, hallucinetur, prævaricetur, fallatur, decipiatur, eludatur, fraudetur, circumveniatur, circumſcribatur, adulteretur, falſetur, eidemquè imponatur, *hoc enim ni ſiat, ſemper cum proximo* controverſabimur, litigabimus, dicam ſcribemus, eum in jus rapiemus, accuſabimus, arguemus, deferemus, culpabimus, criminis poſtulabimus, inſimulabimus, ſycophantiſſabimus, edicemus, profitebimur, obteſtabimur, obfirmabimus, ſponſionem faciemus, prodemus, *donec* à Judice Jus dicatur, pronuncietur, cauſa judicetur, decernatur, decidatur, pars objuretur, obligetur, & ni cauſetur aut advocet, vel paciſcatur & tranſigat, conveniat, retractet, aut appellet, condemnetur. *Orandi* *Errandi* *Fraudandi* *Litigandi, &c.*

Intellectus quoque futura ſcire deſiderat, hinc ſortimur, ominamur, auguramur, hariolamur, vaticinamur, divinamus, prædicimus, prophetiſſamus, ſed plerumque faſcinamur & incantamur. *Augurandi*

Nos verò Chriſtiani, ſimilia anathemizamus, & à pejerantibus, abjurãtibus, vaneſcentibus, profanantibus, meritò ſcandalizamur, *hi enim digni ſunt*, ut exaugurentur, & excommunicentur, *Interim Deum* precamur, adoramus, obſecramus, ab eo petimus, eum celebramus, deveneramur, ipſi vovemus, pecata coram eo expiamus, confitemur, proindè feriamur, prædicamus, concionamur, catechizamus, baptizamus, ipſi ſoli litamus, libamus, ſacrificamus, immolamus, benedicimus, conſecramus, luſtramus, ſacramus, *Excommunicandi, &c.* *Adorandi* *Concionandi, &c.* *Vovendi*

Eidemque hos noſtros labores, devotè offerimus, dedicamus.

TI-

TITVLI PRINCIPALES

INDEX TITULORUM PARTICULARIUM.

FINIS.





IOH. IOACHIMI BECHERI
SPIRENSIS, DOCT.

Organi novi Philologici
PARS II.
Rerum Prædicata & Qualitates
Seu
ADIECTIVA continens.

I



Erum Eſſentia ſeu ſubſtantia, prout nihilo aut nullitati opponitur, Generalis, univerſalis, particularis, ſpecialis, ſingularis, peculiaris, indifferens, rara, vulgaris, omnimoda, diverſimoda, multimoda, promiſcua, miſcellanea, varia *eſt, vel* immaterialis, incorporea, ſpiritualis, ſuper- & præternaturalis, phyſica, cæleſtis, æthe-rea, ſideralis, aſtralis, elementalis, animalis, vegetabilis, mineralis, *vel* artificialis, factitia, *ratione ortûs, exiſtit* originalis, primigenia, oriunda, primitiva, natalis, ſeminalis, genitalis, creata, producta, compoſita, mixta, nata, orta, progenita, primo-poſtgenita, generata, creata, cöalita, *ſive ſuo ortu* immatura, matura, vitalis, immortalis, animata, inanimata, viva, mortua, morticina, perfecta, imperfecta, naturalis, monſtroſa, mirifica, corruptibilis, incorruptibilis *ſit, ſed ſingulas ſpecialiter conſiderabimus.*

Subſtantiarum *Varietas*

Ortus

Vnica ſubſtantia, quæ increata, Divina *eſt &* vivifica, *quam*

Subſtantia *Divina*

pro exordio nostri laboris, propitiam rogamus, eidemq; conceptus hos nostros humillime offerimus.

Spiritualis Astralis Elementalis

Omnes reliquæ substantiæ, creatæ sunt, quarum aliquæ spirituales, Angelicæ, *vel* Diabolicæ, *reliquæ corporales sunt, vel siderales, ut substantia* cœlestis, ætherea, planetaria, astralis, solaris, lunaris, Mercurialis, Venerea, Martialis, Jovialis, Saturnina, *vel Elementales, ut Substantia* ignea, aërea, aquea, terrea, roscida, pruinosa, pluvialis, compluta, imbrica, substilla, nivea, fulminea, grandinosa, nebulosa, nimbosa, ventosa, procellosa, glacialis, *vel terrestres, ut substantiæ* animales, vegetabiles, Minerales, *quarum Trinitate, cùm plurima corpora comprehendantur, non inutile erit, si specialiùs eas consideremus.*

Animalis

Substantia animalis, vel est Humana, *vel* Belluina, ferina, pecorina, Elephantina, cervina, camelina, Leonina, Tygrina, lyncea, caballina, Equina, Taurina, Bubula, Vaccina, vitulina, aprugna, verrina, suilla, porcina, lupina, Vrsina, Vulpina, Mularis, Asinina, vervecina, ovina, ovilla, Agnina, Arietina, Hircina, Hœdina, Caprina, subsiminina, leporina, Melina, Mustelina, canina, felina, murina, *vel* Aquilina, vulturina, Miluina, Noctuina, cygnea, olorina, pavonia, columbina, palumbina, Anserina, anatina, gallinacea, hirundinina, *vel* piscina, cancerina, anguinea, viperea, crocodilina, scorpionia, formicina, *utriusq; sexûs* bigenera, *masculina, vel fœminina*, fœta, gravida, vivipara, ovipara, gemellipara, abortiva, prægnantia, lactaria, *in genere Animalis substantia, vel est* carnea, ossea, cornea, venosa, cartilaginea, verrucosa, callosa, coriaginosa, recutita, musculosa, nervosa, medullosa, adiposa, sevosa, lactea, serosa, sanguinea, *vel* plumosa, jubata, lanata, hirsuta, capillata, lanosa, villosa, lanuginosa, pilosa, setosa, squamosa, ostreosa, *hinc animalia* lanigera, pinnigera, squamigera, pinnata, pennata, crustata, ungulata *sunt, loca*

verò

verò quæ inhabitant, Belluosa, armentosa, pecorosa, piscosa, formicosa, stercorosa, *quandoq;* pediculosa *sunt.*

Substantia vegetabilis, est Absynthiata, acerna, Abiegna, Alnea, Amygdalea, avenacea, buxea, bulbacea, cedrina, cornea, cannea, fabacea, faginea, ficulnea, fraxina, fungina, graminea, gummina, ilicea, juncea, junipetina, laurea, loliacea, Malina, malvacea, myrrhea, oleaginea, palmea, papaverea, pinea, picea, populea, porracea, quernea, rosea, roburnea, rutacea, saligna, scirpea, spartea, spinea, straminea, suberea, sambucea, taxea, tiliacea, terebinthina, thurea, triticea, vinacea, vitiginea, ulmea, *utriusq; sexûs masculina & fœminina, in genere vegetabilis substantia, vel est* lignosa, resinosa, ossiculata, duracina, granosa, gumosa, oleracea, herbacea, spongiosa, fungosa, vel radicosa, corticata, spicata, multi-aut unicaulis, geniculata, scaura, nodosa, centrosa, crustosa, siliquata, stipularia, fruticea, fibrata, caudicaria, foliosa, latifolia, foliacea, ramosa, florulenta, florida, florea, frondosa, surculosa, arundinacea, fistularis, paniculata, arborea, pampinacea, plantaria, *hinc vegetabilia,* frugifera, spicifera, baccæfera, pomifera, thurifera, nucifera, florifera, palmifera, vinifera, aromatifera, *& qualitate suâ* sudorifera, soporifera, mortifera, letifera *sunt, solum in quo crescunt*, fructuosum, ferax, *vel* infructuosum sterile *est*, *aut* fertile, *hinc* agreste, pratense, pascuum, campestre, saltuosum, sylvosum, nemorosum, uliginosum, scaturiginosum, *tùm vel* algosum, arundinosum, bulbosum, frutetosum, graminosum, helleborosum, herbosum, juncosum, pomosum, palmosum, muscosum, oleosum, racemosum, sarmentosum, senticosum, spinosum, vinaticum *existit.* Vegetabilis

Substantia Mineralis, est aurea, argentea, stannea, plumbea, ærea, cuprea, ferrea, chalybea, mercurialis, antimonialis, sulfurea, argillacea, lutea, lapidea, crystallina, marmorea, Mineralis

 pumi-

pumicea, gemmea, adamantina, ſmaragdina, aluminata, nitroſa, ſuccinea, *utriuſque ſexûs maſculina & fœminina, in genere mineralis ſubſtantia, vel eſt* metallica, *vel* arenacea, *vel* ſaxea, tophacea, adamantea, ſaphyrina, magnetica, ſilicea, *vel* lutea, cretacea, *vel* bituminea, *hinc mineralia*, metallifera, *loca è quibus effodiuntur, ſunt* metallica, æroſa, argentoſa, plumboſa, gleboſa, argilloſa, lutulenta, arenoſa, ſabuloſa, ſaxoſa, calculoſa, ſcrupoſa, petroſa, lapidoſa, marmoroſa, pumicoſa, cretoſa, aluminoſa,

Artificialis

Subſtantia artificialis, vel quæ ex partibus præcedentium corporum conſiſtit, in regno animali eſt coriacea, alutata, membranacea, lorea, pellicea, plumea, lanea, ſerica, bomicina, holóſerica, ſubſerica, eburnea, teſtacea, ſincera, cerea, mellea, glutinoſa, jurea, *in regno vegetabili*, cæſpititia, frumentacea, ſurculacea, herbida, tartarea, ſtramentitia, acerata, paleata, farinacea, virgea, pannea, pannucea, goſſipina, ſtupea, linea, lintea, canabina, papyracea, chartacea, lixivia, *vel* reſinata, alliata, cedrata, crocata, roſata, rutata, myrtacea, *in regno minerali* arenata, lutulata, cretata, pulverea, nitrata, ſulfurata, bituminata, miniata, latericia, vitrea.

II.
Qualitates

Ex tantâ ſubſtantiarum diverſitate, multifarias quoque qualitates profluere, probabile eſt, quas, ut ſuccincto ordine comprehendamus, in phyſicas & morales dividemus, id eſt corpus vel animum concernentes, tales autem vel naturâ ſuâ, vel relatione, prout nempè ad alias ſubſtantias ſpectant, ſunt.

Habilitas Phyſica.

Naturâ ſuâ, ſubſtantiæ vel corpus reſpiciunt, & hinc ſunt fertiles, ſteriles, conducibiles, utiles, futiles, exitiabiles, ſervabiles, inextirpabiles, deletiles, miſtiles, mutabiles, corruptibiles, incorruptibiles, inviolabiles, emendabiles, inemendabiles, intractabiles, ſtructiles, parabiles, imitabiles, patibiles, tolerabiles, impatibiles, durabiles, debiles, infatigabiles, immarceſcibiles, faciles, habiles, incomparabiles, impoſſibiles, ſanabiles, medicabiles, inſanabiles, incurabiles, febriles,

ſunt

ſunt ſenſibiles,inſenſibiles,tactiles,intactiles,fragiles,infrangibiles, penetrabiles,impenetrabiles, incōprehenſibiles,intollerabiles,*ſunt* flam̄abiles,pluviatiles, perflabiles, inextinguibiles,*ſunt* viſibiles,inviſibiles,*ſunt* pulſatiles,reſonabiles, *ſunt* juveniles,ſeniles,pueriles,infātiles,aniles*ſunt* inguſtabiles,*ſunt* dapſiles,exiles,*ſunt* altiles,ediles,ſorbiles,fartiles,ſatiabiles, inexplebiles, *ſunt* coctiles,fuſiles,liquabiles,tinctiles, *ſunt* ſimiles, pariles, æquabiles,disſimiles, diſpariles, inæquabiles,*ſunt* fisſiles,ſectiles,ſciſſiles,tornatiles,tonſiles,raſiles,lævigabiles,*ſunt* vitiles,flexiles,plicatiles,plectiles, perplexabiles, extricabiles,pactiles,nexiles,textiles,ſutiles,*ſunt* malleabiles,ductiles, friabiles,*ſunt* ſociabiles, cōpactiles, indiſſolubiles, ſolubiles, inſeparabiles, diſſipabiles,apertiles, clauſiles,*ſunt* ſtabiles, mobiles,volubiles,rotatiles,verſatiles, agiles, tolutiles, convertibiles, labiles, miſſiles.*ſunt* meabiles,ambulabiles,greſſiles,ſcanſiles, ſeſſiles, penſiles,humiles,natatiles,navigabiles, volatiles,*ſunt* umbratiles, *ſunt* aquatiles,fluviatiles,*ſunt*,ſaxatiles,fosſiles,*ſunt* inhabitabiles, illocabiles, *vel mentem concernunt*, *hinc res ſunt* amabiles,amicabiles,delectabiles,voluptabiles, deſiderabiles, lætabiles,favorabiles,conſolabiles,civiles,*vel* inamabiles, horribiles,terribiles,formidabiles,ærūnabiles,miſerabiles, lamētabiles, flebiles,lachrymabiles, *quadā ſunt* irritabiles, placabiles,expiabiles,*vel* odibiles,inexorabiles, indeprecabiles, inexcuſabiles,evitabiles,contēptibiles,*ſunt alii* com̄endabiles, laudabiles,prædicabiles,ſpectabiles, præſtabiles, honorabiles,venerabiles,prænobiles,invincibiles, irreprehenſibiles, impeccabiles, tractabiles, civiles,reſtibiles,obſervabiles,*alii* ignobiles,vituperabiles,deteſtabiles,exſecrabiles,abominabiles, ſcurriles,inteſtabiles, *litera ſunt* notabiles, legibiles, effabiles, dociles,*ſcientia* ſcibiles,memorabiles, intelligibiles, rationabiles, diſputabiles, opinabiles, credibiles,plauſibiles,probabiles,æſtimabiles,indubitabiles, infallibiles, veriſimi-

Habilitas moralis

riſimi-

tiſimiles, admirabiles, revocabiles, *vel* inhabiles, indociles, ineffabiles, inſcrutabiles, indeprehenſibiles, inenarrabiles, innumerabiles, inexputabiles, inæſtimabiles, inopinabiles, *multi ſunt* indomabiles, *alii* ſuperabiles, humiles, ſerviles, congregabiles, nubiles, vendibiles, *urbes quædam ſunt* expugnabiles, vincibiles, *aliæ* inſuperabiles.

Sed hactenus adjectivi terminatio ILIS, quæ promiſcuam rerum qualitatem ipsâ voce exprimit, nobis præluſit, quam ut ſpero, non ingrati præambuli loco præmiſimus,

Qualitates relativæ.

Nunc nonnulla vocabula recenſebimus, quæ relatione ſuâ, quòd nempè ad alia corpora pertineant, ſingulares qualitates exprimunt, ſpectant autem vel ad cibos, & hinc ſunt laginariæ, alimentariæ, nutricæ, pranſoriæ, diæteticæ, *vel ad regnum animale, hinc* natalitiæ, pecuariæ, armentinæ, auditoriæ, auriculares, collares, alares, ſtercorariæ, boviles, mellariæ, *vel ad regnum vegetabile, unde* lignariæ, ſtramentariæ, hortenſes, vindemiales, vindemiatoriæ, vinariæ, oleares, fabariæ, nuceæ, ſurculariæ, farreæ, cereales, ſementinæ, ſatoriæ, *vel ad regnum minerale, hinc* ſalariæ, ferrariæ *vel ad uſum medicum, hinc* pharmaceuticæ, ſtomachicæ, pectorales, vulnerariæ, unguentariæ, condimentariæ, ſalſamentariæ, potulentæ, eſculentæ, *vel* tinctoriæ, deſtillatoriæ, fuſoriæ, coquinariæ, operariæ, *vel ad artificialia, hinc* ſphærales, perdicales, ollariæ, occatoriæ, jugales, navales, atramentales, focariæ, nummariæ, *vel reſpiciunt perſonas, hinc* parochiales, parentales, puellares, pupillares, œconomicæ, figulinæ, naucleriæ, civicæ, gregales, populares, turmales, manipulares, funerariæ, exſequiales, *vel ipſa loca concernunt, hinc* viales, ſemitales, itinerariæ, fontales, villares, nundinales, agrariæ, caſtrenſes, piſtrinenſes, balneares, fiſcales, oppidanæ, urbanæ, *vel ad ſtudium referuntur, hinc* Iuridicæ, teſtamentariæ, epiſtolares, lineales, ſigillares, declamatoriæ, concionales, ſuaſoriæ, Gymnaſticæ, *vel* conductitiæ, datariæ, dotales, munc-

muneraies, *vel* piaculares, absolutoriæ, pacificatoriæ, stipendiariæ *sunt*, *sed promiscua hac linquamus*, *atque ad ordinarias qualitates physicas recensendas properabimus, quas in Elementares, secundarias & animales distinguemus.*

Juxta qualitates Elementares, corpora vel calida, fervida, æstuosa, tepida, *vel* frigida, algida, gelida, nivata *sunt*, *aliqua* madida, uvida, humida, frigido-calido-humida, rigua, *vel* sicca, torrida, arida, frigido-calido sicca *existunt*, *corpus flammabile est* ardens, candens, flammans, flagrans, accensum, ambustum, *aut* extinctum, *hinc* fumidum, vapidum, spumosum, bullatum. — *Qualitates Elementares* — *Secundaria*

Ex dispositione primarum qualitatum Elementalium, corpora vel mollia, malaca, delicata, mitia, lenia, gracilia, juncida, subtilia, tenera, exilia, tenuia, levidensia, rara (ralla) macra, *vel* dura, densa, liquida, solida, rigida, tumida, turgida, crassa, spissa, pinguia, *vel* cruda, *vel* temperata, cocta, subacta, macerata, condita, assata, lixata, frixa, furnacea, testuacea, tosta, aquata, infumata, fusa, liquata, stillatitia, jurulenta, mellita, medicata *sunt*. *juxta diversas qualitates & praparationes*, *corpora quoque vel* perfecta, indemnia, innocua, indelebilia, intemerata, incontaminata, indepravata, intaminata, immaculata, impolluta, incorrupta, restaurata, exculta, interpolita, excocta, emuncta, lauta, diluta, comta, exaluminata, *hinc* absoluta, recentia, viridantia, nova, pura-puta, liquida, clara, tersa, munda, limpida, mera, proba, succosa, robusta, accommodata, idonea, usualia, commoda, *ideò* bella, venusta, præsentanea, pretiosa, exquisita, selecta, decora, formosa, speciosa, pulchra, splendida, præcellentia, insignia, elegantia, suavia, amœna, jucunda, delicata, gratiosa, optima, potissima, præcipua, spectata, probata, *prorsus* divina *sunt*, *vel* cruda, imperfecta, deleta, obliterata, frustranea, obsoleta, inania, invalida, detrimentosa, nociva, pernicialia, exitiosa, damnosa, sontica, pestifera, virulenta, venenosa, desolata, deflorata, polluta, inquinata, depra- — *Perfectio* — *Bonitas* — *Imperfectio*

Pravitas

depravata, illota, incorrecta, fucata, dissoluta, incomta, *hinc* defectuosa, mendosa, vitiosa, spuria, fucosa, squalida, sordida, impura, spurca, obscœna, immunda, prava, mucida, rancida, fracida, lenta, viscida, fæculenta, favillacea, limosa, lutosa, cœnosa, pulverulenta, putrida, cariosa, teredinosa, tineosa, verminosa, crustosa, fistulosa, rubiginosa, æruginosa, fuliginosa, araneosa, leniosa, pediculosa, pulicosa, maculosa, lentiginosa, vieta, tabida, marcida, languida, flaccida, enerva, lassata, infracta, imbellia, elumbia, exsucca, impotentia, imbecilla, infirma, trita, laxa, defessa, jeiuna, petila, *ideò* injucunda, insuavia, indecora, inamœna, invenusta, illepida, inelegantia, exolita, cassa, inutilia, incommoda, vilia, turpia, fœta, tetra, abominanda, horrida *sunt*.

Animales

Sed jam Qualitates particulares animalium corporum recensebimus, quorum partes primò, deindè alimenta, tum morbos considerabimus, partes corporis animalis, vel sunt naturales vel monstrosæ, *hinc* corpora bi-tri- quadri- multimembria, ossata, exossata, articulosa, glandulosa, varicosa, venosa, cicatricosa, pustulosa *sunt*, *invenies monstra* bi tricorporea, *animalia quoque sunt, ut à summitate capitis ordiamur*, comata, crinita, cincinna, pilosa, hirsuta, jubata, raripila, barbata, imberbia, depilia, calua, glabra, implumia, *quandoque* cornuta, uni bi tri- quadricornia, *sunt* capitata, capitosa, *monstra verò* bi-tri-quadri-septi-centicipitia, *sunt* frontosa, bifrontia, *hinc* oculata, unocula, monocula, desiocula, exophtalma, lusca, luscina, luscitiosa, trãsversa, glauca, straba, gramiosa, sila, lippa, cæca, *sunt* myopes, *sunt* nasuta, sima, sila, *sunt* muculenta, *sunt* aurita, inaurita, flacca, surda, *sunt* dentata, bi-tri quadridentia, edendata, *sunt* inora, bilinguia, labiosa, labrosa, buccosa, bucculenta, *sunt* traula, blæsa, muta, *sunt* obstipa, strumosa, gutturosa, *sunt* scapularia, subalaria, humerosa, lacertosa, *sunt* æquimana, unimana, quadri- centimana,

Quoad constitutionem corporis.

mana,manca,anca,digitata,*sunt* mammata,mammosa,*sunt* gibbosa,*sunt* costata,ventrosa, umbilicata,*sunt* penita,caudata,*sunt* delumbia, clauda, valga, vatracia, compernia, *sunt* apoda, pedata, bi- quadru- multipedia, palmi- planilori- penni- longipedia, planca, mono-bisulca, ungulata, digitata.

Quoad functiones animales.

Nunc officia & alimenta corporum exponenda veniunt, quæ nutritiva *sunt*, *cibi vel* tenues *vel* lauti, opipari, *corpora verò quæ illis nutriuntur*, alta, alma, educata, pasta, farta, colluviaria, *vel* sobria, jejuna, impasta, famelica, impransa, incænia, abstemia, abstinentia, *omnia animalia sunt* spiritalia, sudabunda, urinaria, salivosa, *sunt* oscitabunda, nauseabunda, ructuosa, mordacia, gulosa, ingluviosa, *cibi sunt* mansi, ambesti, digesti, indigesti, *animalia quoque sunt* edacia, voracia, carnivora, piscivora, granivora, *homines* pransi, cænati, saturi, opimi, adipati, obesi, præpingues, insatiabiles, vesculi, *sunt* sitibundi, bibaculi, bibaces, potulenti, poti, vinosi, crapulosi, ebriosi, temulenti, *animalia sunt* collactea, collactanea, corrivalia, abruma, delica, *sunt* semisomna, semisopita, somniculosa, somnolenta, veternosa, somniosa, sopita, inexporrecta, *vel* insomnia, insomniosa, vigilantia, experrecta.

Morbi

Non rarò quoque ægrotant, præsertim homines, hinc valetudinarii, morbidi, morbosi, passivi, dolorosi, morbis obnoxii, ægri, affecti, cachectici, *sive sint* siderati, fulminati, tumidi, *sive* febriculosi, recidivi, *sive* mucosi, pituitosi, gravedinosi, salivarii, *sive* deliri, phrenetici, cerebrosi, furiati, *sive* lunatici, caduci, epileptici, apoplectici, paralytici, arthritici, podagrici, suffraginosi, *sive* pulmonarii, asthmatici, pleuritici, tussici, pectorosi, anheli, suspiriosi, *sive* sanguinei, fellei, phlegmatici, cholerici, melancholici, icterici, splenetici, biliosi, lienosi, lienterici, dysenterici, iliaci, alvini, torminosi, hydropici, herniosi, *sive* scabiosi, pruriginosi, tuberosi, porriginosi, saniosi, purulenti, ulcerosi, grandinosi, leprosi *sint*, *quorum morborum variæ causæ* dolorificæ, insalubres, contagiosæ,

Remedia giosæ, virosæ, venenatæ, tabificæ, torminales, letales *sunt*, *sed contra ejusmodi morbos varia existunt subjecta* Medica, salubria, salutaria, sospitalia, mitigatoria, vomitoria, unctoria, caustica, calidorifica, discussoria, sopora, *sivè* cephalica, sternutatoria, stomachica, cardiaca, *sivè* thoracica, hepatica, jecinorosa, splenetica, nephritica *sint*, *unde corpora* salva, sana, vegeta, valentia *atque* vivacia *redduntur & à morbis* illæsa *manent*, *atque* incolumia,

Pathemata animi *Prout corpus laborat, ità animus sua pathemata habet, quibus afficitur, est enim* sensatus, gestuosus, affectuosus, *mox* lætus, hilaris, *mox* tristis, mærens, mœstus, ærumnatus, scrupulosus, *vel est* alacer, *vel* piger, socors, tædiosus, fastidiosus, importunus, obstupidus, torpidus, *quandoque est* iracundus, stomachosus, biliosus, cholericus, indignabundus, melancholicus, frigidus, phlegmaticus, torvus, morosus, *vel* salax, lascivus, impudicus, effrons, petulans, inverecūdus, adulatorius, blandus, pudicus, *non rarò est* meticulosus, territus, pavidus, timidus, anxius, *præsertim ad* formidolosa, horrenda, tremenda, stupenda, *est* absterritus, exsternatus, perculsus, pusillanimis, exanimatus, *animalia sunt vel* cicura, *vel* fera, *aut* semifera, furibunda, vesana, mente capta, insana, amentia, vacerrosa, vecordia, sæva, rabida, dira, crudelia, atrocia, cruenta, sanguinaria, barbara, *vel* affectuosa, cervicosa, pertinacia, refractaria, præfracta, contumacia, audacia, minacia, confidentia, fortia, infracta, cordata, impavida, procacia, levia, *multis* prosspera, sinistra, *aliis* prospera, fausta, secunda *accidunt*, *sed præstat in omnibus esse* æquanimum, longanimum, liberalem, mansuetum, moderatum.

III Quantitas *Nunc expositis qualitatibus physicis, ad rerum quantitates properabimus, ubi dimensionem, pondus, & numerum considerabimus.*

Dimensio *Corpora, sivè* plani *sivè* stereo-metrica, disparia *vel* proportionalia *sunt*, *vel* interminata, *hinc* immetata, immensa; *vel*

vel terminata, demenſa *exiſtunt*, copioſâ & crebrâ *materiâ vaſa* plena, ſemiplena, referta, conferta *ſunt*, *aliàs* vacua, inania, caſſa, *in dimenſione percontamur*, quanta, quantula, quantilla *ſint* corpora, & *reſpondemus*, quanta, tanta, tantula, tantilla, aliquanta, modica, mediocria, parvula, puſilla, pauxilla, exigua, minutula, minima, *vel* grandicula, grandiuſcula, majuſcula, prægrandia, permagna, effuſa, ingentia, coloſſica, vegrandia, decumana, immania, vaſta, maxima, *vel* longa, procera, producta, prolixa, brevia, compendioſa, conciſa, nana, *aut* ampla, laxa, lata, linguata, præcraſſa, arcta, curta, ſuccincta, anguſta, *vel* directa, curva, *vel* alta, profunda, gravia, brevia, *Menſuræ ſunt* pollicares, quadrantales, palmariæ, bipalmes, palmipedales, ſpithamææ, pugillares, manuales, brachiales, cubitales, bi-tri-quadricubitales, pedales, ſemi-bi-ſeſqui-pedales, beſſales, congiares, amphorales, urnales.

Quæ legibiliter *ſe habent*, *illa non raro inter doctos* latine, ſyllabatim, nominatim, verbotenùs, titulotenùs, dicis gratiâ, oratorie, tropice, verboſe, ſententioſe, facunde, affatim, affectate *perorantur*, & plane, clare, liquidò, indubitanter, certò, præciſe, exquiſite, diſertim, ſignificãter, expreſſe, enucleate, articulatim, intelligenter, irrefragibiliter *proponuntur*, *ac* concorditer & unanimiter *creduntur*, *ſed quæ* conditionaliter, ambigue, inopinate, dubitanter, dubie *proponuntur*, *de his* certatim *diſceptatur*, *Plurimi* irrationabiliter, ſtolide, ſtulte, brute, inſulſe, inſcienter, inſcite, ignoranter, inepte, ridicule, abſurde, inconſideratò, imprudenter, præcipitanter, improvide, præfracte, immoderate, *alij verò* docte, erudite, habiliter, ſolerter, induſtrie, ingenioſe, ſagaciter, memoriter, attente, cogitate, accurate, ſcitè, conſiderate, meditate, theoreticè, provide, proſpicienter, conſultò, ſcienter, ſapienter, rationabiliter, prudenter, argute, callide, aſtute, vafre, verſute, negotia *pertractant*. XIII. Memoria, Intellectus, ratio.

Tota mortalium ætas vel virtutibus vel vitiis tranſigitur, *hinc aliqui* Dive, ſacroſancte, beate, probe, bene, optime, religioſe, orthodoxe, innoxie, juſte, æque, fideliter, fidenter, germane, candide, ingenue, ſinceriter, ethice, moraliter, eximie, excellenter, impenſe, apprime, egregie, ſtrenue, nobiliter, integre, digne, inſignite, præcipue, ſingulariter, graviter, celebriter, laudabiliter, reverenter, veneranter, eleganter, decenter, auguſte, principaliter, honeſte, honorifi- XIV. Virtutes, vitia.

ce, humane, animoſe, pugnaciter, viriliter, civiliter, gratanter, clementer, manſuete, miſericorditer, pudenter, verecunde, moderate, conſtanter, ſevere, inficete *vel* comice, familiariter *cum proximo vivunt*, *hinc* fortunate, feliciter, proſpere *poſt mortem ſe habebunt*, vulgò *verò*, more communi, *&* populariter, *plurimi mortalium* perverſe, vitioſe, male, perperam, improbe, injuſte, inique, ſceleſte, celerate, impie, hæretice, indigne, maligne, malitioſe, falſe, fallaciter, fraudulenter, mendaciter, veteratorie, ſcurriliter, obſcœne, meretricie, indecenter, petulanter, impudenter, indiſſolute, irreverenter, ſuperbe, arroganter, jactanter, injurioſe, contumelioſe, ignominioſe, flagitioſe, maledice, nequiter, ſycophantioſe, diſſimulanter, aſſentatorie, inſidianter, colluſorie, protervitcr, contumaciter, deſultorie, moleſte, tetre, torvum, immaniter, crudeliter, minaciter, immiſericorditer, hoſtiliter, crucificabiliter, tyrannice *cum proximo agunt*, *ſed tales inter bonos* contemtim, *nonnunquam etiam ante mortem* infeliciter, improſpere, turbulenter, *tandem* deſperanter *ætatem agunt*, *Invenies qui* pueriliter, puellariter, muliebriter, effœminate, aniliter, vernaliter, ruſtice, athletice, militanter *ſe gerunt*.

XV. Caſus. *Multa* ſortitò, fortuitò, forte fortunâ, prodigioſe, fato, miraculo, prodigialiter, fataliter *contingunt*, *quæ nec* temere *negare*, *nec* juratò *affirmare auſim*.

PARTICVLARVM SPECIALIS DIVISIO.

Hactenus adverbia juxta ſpecialem diviſionem phyſicam recenſuimus, nunc præpoſitiones, conjunctiones, & interjectiones, reliquasque particulas, & nonnulla adverbia, juxta partitionem grammaticalem ſubnectemus, & ab Adverbiis incipiemus.

Semel

Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, undecies, duodecies, tredecies, (decies ter) quatuordecies, quindecies, sexdecies (vel sedecies, decies sexies) septendecies (vel decies septies) octodecies (vel decies octies) novendecies (vel decies novies) vicies vel vigesies, vicies semel, vicies bis, &c. tricies vel trigesies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies vel octuagies, nonagies, centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, nongenties, millies, &c. Adverbia Numeri Certi

Iterum, tursus vel rursum, quoties, quotiescunque, toties, aliquoties, multoties, sæpe, rarò, primum, secundum, tertium, &c. bifariam, trifariam, quadrifariam, multifariam, omnifariam. Incerti

Hodie, nunc, jam, modo, adhuc. Temporis præsentis

Dudum, jamdudum, pridem, jampridem, antea, antehac, abhinc, nuper, pridie, heri, nudiustertius, nudiusquartus &c. Præteriti

Deinde, deinceps, posteà, cras, postridie, perendie, mox, brevi. Futuri

Olim, quondam, aliquando, Præteriti & Futuri.

Aliquando, interdum, semper, usque, perpetuò, diu jamdiu, mane, vesperi, sero, raro, quotannis, quotidie, donec, unquam, nunquam, nonnunquam, nondum, actutum, ilicet, extemplo, citò, continuò, confestim, statim, protinùs, repentè, subinde, æternùm, aliquandiu, aliquantisper, modicùm, pusillùm, opporunè, tempestivè, tempori, commodum, cum, quum, quando, si quando, quandoque, tum tunc, quandocunque, simulac, simul atque. Indefiniti

Hic, istic, illic, ibi, inibi, ibidem, ubi, alibi, alicubi, ubicunque, ubique, ubivis, usquequaque, passim, utrinque, utrobique, intus, foris, uspiàm, usquam, longè, peregrè, supra, infrà, præstò, Loci In loco.

 Hinc,

De loco Hinc, isthinc, illinc, inde, aliunde, eminus, cominus, intrinsecus, forinsecus, funditùs, radicitús, cœlitus, divinitùs, desuper, supernò, infernè.

Ad locum Quò, huc, isthuc, illuc, quò, eò, eôdem, alio, aliquò, intrò, foras, ultro citroque, porrò, quoquò, quocunque, quovis, quolibet, nequò, siquo.

Per locum Quâ, hâc, isthàc, illàc, quà, aliquà, quaquà, nequà, siquà.

Versus locum Horsum, isthorsum, illorsum, aliorsum, dextrorsum, sinistrorsum, lævorsum, introrsum, extrorsum, retrorsum, sursum, deorsum.

Quantitatis Multùm, nimis, nimiùm, plurimùm, satis, abundè, affatim, parùm, parumper, paulò, paululum, pauxillum, paulatim, paulisper, pusillùm, modicum, minùs, minimùm.

Intendendi Valdè, vehementer, admodum, perquam, penitùs, omninò, adeò, tàm, quàm, maximoperè, summoperè, tantoperè, quantoperè.

Remittendi Sensim, pedetentim, ægrè, vix, ferè, fermè, penè, propè, propemodùm, longiusculè, meliusculè, sæpiusculè.

Minuendi Salfem, minimùm, at, certè.

Qualitatis Doctè, benè, malè, fortiter, prudenter, furtim, raptim, ostiatim, vicatim, subitò, vicissim, invicem, breviter, strictim, punctim, cæsim.

Comparandi Magis, amplius, minùs, tàm, quàm, præcipuè, inprimis, præsertim, tanquam, æque, perindè, eò, quò, tantò, quantò, maximè, minimè, optimè, pessimè.

Similitudinis Quasi, ceu, ut, uti, sicut, sicuti, velut, veluti, tanquam, quemadmodum. perinde, prout, acsi, ità, sic, non aliter, non secus, item, itidem, similiter.

Affirmandi Ita, etiam, imò, sic, næ, certè, profectò, verè, reverà, utique, omninò, scilicet, videlicet, quippe, nempè, nimirum, maximè, sanè, quidem, equidem.

Negandi Non, haud, ne, nec, nequaquam, haudquaquam, minimè,

nimè, nullatenus, neutiquam, non solùm, non tantùm, non modò, nedum.

Num, numquid, utrùm, an, annon, nonne, cur, quare, quamobrem, quapropter, curnon, quidni, quippini, ubi, undè, quò, quà, quando, quoad, quousque, quamdiu, quoties, quomodo, qui, qualiter, quam, quantoperè, quantùm. *Interrogandi*

Simul, unà, pariter, summatim, collectim, catervatim, gregatim, turmatim. *Congregandi*

Seorsim, separatim, privatim, secretò, divisè, divisim, singulatim vel sigillatim. *Separandi*

Bipartitò, bifariam, trifariam, &c. simpliciter, dupliciter, tripliciter, multipliciter. *Distribuendi*

Solùm, tantùm, modo, tantummodò, duntaxat. *Excludendi*

Vtrum, an, num, ne, forsan, forsitan, fortasfis, fortasse. *Dubitandi*

Primò, secundo, tertio, postremò, ultimò, anteà, posteà, prætereà, porrò, deindè, deinceps, denique. *Ordinis*

Vtinam, O si, sic, ità. *Optandi*

Eia, age, agite, agedum, agitedum. *Hortandi*

En, ecce. *Demonstrandi*

Præpositiones sequuntur, quas contextu quodã exponemus, ut earum usus tyroni innotescat, Exemplum ergò Avis esto, quæ potest pro*volare,* circùm*volare,* re*volare, volare* in *sylvam,* per *sylvam,* ex *sylvâ, sive* in*volare sylvam,* per*volare sylvam,* e*volare sylvâ, aut volare* ad *sylvam,* præter *sylvam,* à *sylva, sivè* ad*volare silvam,* præter*volare sylvam,* a*volare sylvâ. Volare* super *arborem,* per *arborem,* trans *arborem,* sub *arborem. Id est,* super*volare,* per: *vel* trans*volare,* sub*volare, & consiaere* supra, intra, infra *arborem, Sivè id sit,* citra *sylvam, sylva*tenus, ultra *sylvam. Aliquid est* apud *me, aut* prope *me, aut* procul *me, & fit* clam *me,* coram *me, aut* palam *omnibus, aliquis est* mecum, sine *me,* de *me,* mihi *conjunctus,* à *me* sejun*ctus,* à me de*mandatus,* præ *me est, qui mihi* præ*it vel* ante*it* : penes *aut* juxta *me est, qui me* comi*tatur*: post *aut*

 ponè

ponè *me est*; *qui mihi* subit, *me sequitur*. *Ille pugnat* contra *me*, *qui me* oppugnat, pro *me*, *qui me* propugnat, propter *me*, *qui me a causa alium* oppugnat *aut* propugnat. *Res duas ponimus* ad invicem *adponendo*. Ob invicem ob*ponendo*. Inter invicem *aliquid* inter*ponendo*. *Plures autem* com*ponimus* cum invicem, dis*ponimus* ad invicem, trans*ponimus* ab invicem.

Conjunctiones. *Sequuntur Conjunctiones*, &, que, ac, atque, quoque, etiam, cùm, tùm, item, itemque, nec, neque.

Copulativa

Disjunctiva Aut, ve, vel, sive, seu

Concessiva Quidem, equidem, etsi, tametsi, etiamsi, quanquam, quamvis, ut, licet, sanè.

Explanativa Vt, utpote, sive, seu, vel, scilicet, videlicet, nempè, quippe.

Adversativa Ast, at, atqui, sed, verùm, verò, enimverò, autem, tamen, attamen.

Causales Enim, etenim, nam, namque, quia, quoniam, quando, quidem, siquidem, cum, quum, ut, quo, quod, quin, ne.

Conditionales Si, sin, siquidem, ni, nisi, quatenus, saltem, modò, dummodò, duntaxat, alioqui, aliàs.

Continuativa Primum, deindè, deinceps, tum, præterea, insuper, item, cæterùm, porrò, adhoc, adhæc, denique, tandem, postrèmùm.

Conclusiva Ergò, ideò, igitur, itaque, idcirco, quocirca, quapropter, quamobrem, quare, proindè.

Ordinis *Sequitur Ordo Conjunctionum.*

Præpositivi Et, ac, aut, sivè, seu, nec, neque, quanquam, quamvis, ast, at, sed, verùm, etenim, nam, namque, sin, quin, quocirca, quapropter, quare.

Postpositivi Enim, autem, quoque, verò, quidem.

Communis. Atque, etiam, item, itemque, vel, equidem, ut, licet, enimverò, tamen, quoniam, quod, si, ni, nisi, alioqui, insuper, ergò, ideò, igitur, itaque.

Particula Enclitica Que, ne, ve.

Sequun-

Sequuntur Interjectiones.	Interjectiones.
Papæ, hui, hem, vah.	*Admirantis*
Euge	*Approbantis*
Apage, ohe, phy.	*Abominantis*
Eja, ſodes.	*Blandientis*
Væ.	*Comminantis*
Ah, heu, eheu, hei.	*Dolentis vel lachrymantis*
Vah, hui, oh.	*Deridentis*
Hem, en, ecce.	*Demonſtrantis*
O, proh.	*Exclamantis*
Eja, evax, ju, jo, iô.	*Gaudentis*
Vah, hem, proh.	*Indignantis*
Atat, oh.	*Metuentis*
Ha, ha, he.	*Ridentis*
Heus, O, eho.	*Vocantis*
Au, ho, ſt, bat, pax.	*Silentium imperantis*

INDEX PARTICVLARVM PHYSICE DISTRIBUTARUM.

INDEX PARTICVLARVM GRAMMATICE DISTRIBVTARVM.

Numerus Particularum hâc tertiâ parte Organi Philologici comprehensarum, 1400.

FINIS.





IOH. IOACHIMI BECHERI
SPIRENSIS, DOCT.

ORGANI NOVI PHILOLOGICI,

PARS IV.

SERMONIS SUBIECTA,
SEU
SUBSTANTIVA CONTINENS.

SUBSTANTIVA, SUBIECTA, ENTIA, *vel realia sunt ut PISCIS, vel ratione tantùm concipiuntur, ut PISCATIO, hinc entia rationis vocantur, plerumque actiones, actus, actores, abstractiones, terminos comprehendunt, titulo primo entia realia, sequentibus verò reliqua comprehendemus. Quantum entia realia attinet, sciendum est, illa omnia vel naturalia vel artefacta esse, ità tamen ut supremum omnium entium Creatorem DEUM, cui hos nostros labores humillimè consecramus, ab hâc regula excipiamus, inter entia verò naturalia & artefacta, quædam totum, quædam partem constituunt, quædam ad structuram corporum pertinent, quædam ex constructo corpore emanant, proinde quæ ad rerum fieri vel esse spectant, præmittemus, atque generaliora quædam huic proœmio subnectemus, deinde specialiùs ipsa corpora exponemus.* I. Substantia. Substantiarum divisio. Entia rationis. Realia.

A Deitate (Divinitate) *procedit omnis* creatio, *ex creatione* existentia, *inde* essentia, *hinc rerum* elementa, *ex his* Rerum ortus.

Natura. materia, *è materiâ* corporatio, *ex corporatione* atomi, *ex his* Chaos, massa, *seu* mistura, *indè* semen, seminium, *ex semine per* parentes, genitorem, generatorem, genitricem, *mediante* incarnatione, coitu, generatione, genitûrâ, conceptione, prægnatione, partu, nativitate, corpus, fœtus, *producitur*, *ni* sterilitas *impediat*, *aut* abortus, *non rarò* bilices, gemini, tri quadrigemini *excluduntur*, mas, fœmina, hermaphroditus, *ità* sexus, genus, species, persona,

Creatura. proles, indoles, propago, stirps, stemma *conservatur*. *A summo itaque rerum Creatore, universa* Natura *originem trahit*, *à* Natura *omnis* creatura *dependet*, *quæ* Angelos, Diabolos, Dæmones, Genios, Spiritus, animas, ortum, vitam, sanitatem, morbum, mortem, necem, interitum, spiritualitatem, corporeitatem, humanitatem, bestialitatem, monstra, larvas, statuas, imagines, idola *complectitur*.

Res promiscua. Res, reculæ, *vel sunt immobiles ut* agri, fundi, domus, *vel mobiles*, *ut* supellex varia, impedimenta, vtensilia, col-

Rerum recrementa, lectanea, conjectanea, analecta, ablecta, reliquiæ, quisquiliæ, recrementa, excrementa, exuviæ, superamenta, inquinamenta, titivillitia, tomenta, colluvies, rudus, nucamenta, cremium, veteramenta, scruta, testæ, pulveres, recisamenta, resegmina, sarmenta, succisiva, putamina, ramenta, destrigmenta, stragmenta, intertrimenta, minutiæ, serrago, limatura, Scobs, assulæ, squamæ, Scoreæ, stricturæ, ærugo, ferrugo, purgamenta, retrimenta, fæces, crassamenta, sedimenta, amurca, nautea, sentina, saburra, fimus.

Corpora naturalia. *Corpus vel est naturale ut* meteorum, animale, vegetabile, minerale, *vel artefactum*, *ut* opus figulinum, fabrile, fusile, sculptile, topiarium, assamentum, æramentum, ferramenrum, filamentum, cælamen, vitreamen, spectamen, mellificium, lanificium, *sed nunc missis facibus, rerum florem spectabimus.*

A qua-

Elementa

A quatuor ergò Universalissimis omnium rerum Elementis auspicabimur, est autem terra, solum, tellus, humus, *cujus pars*, gleba, cæspes, pulvisculus, *est* aqua, aquula, vnda, lympha, stagnans, cisternina, torrens, roralis aqua, *in aquâ habes pro origine* scaturiginem, *pro parte* stillam, guttam, spumam, fluentum, torrentem, profluentem, fluvium, fluctum, inundationem, nimbum, cataractam, cataclysmum, stillicidium, *est* Aer, æther, aura, turbo, ventus, procella, circinus, *ejus pars* bulla, vapor, fumus, *habes* Austrum, Boream, Subsolanum, Libanotum, Eurum, Cæciam, Vulturnum, Favonium, Aquilonem, Zephyrum, Etesias. *Est* ignis, igniculus, fax, tæda, candela, radius, flamma, *ejus pars*, scintilla, pruna, favilla, titio, torris, fomes, fuligo, carbo, cinis, *habes in cælo, præsertim primâ aëris regione*, *Meteora aërea*, arcum pluvium, iridem, *Meteora aquea*, ut nubem, nebulā, pluviam, imbrem, rorem, Mannam, pruinam, grandinem, nivem, glaciem, crustam, stiriam, *Meteora ignea*, *ut* stellam cadentem, crinitam, barbatam, caudatam, draconem volantem, trabem igneam, ignem fatuum, fulmen, tonitru, *in superiori aëris regione conspicies duo magna orbis luminaria*, Solem *cum* halone, parelio, Lunam *cum* paraselenite, *reliquosque* planetas directos, stationarios, astra, asteriscos, sidera, stellas fixas, erraticas, Septentrionem, Virgilias, Plejades, arctum, Orionem, arcturum, Cynosuram, lyram, ursum majorem, minorem; Canem majorem, minorem, Sirium, phosphorum, Venerem, Vesperuginem, Luciferum Saturnum, Martem, Mecurium, Iovem, &c. *habes duodecim signa cælestia* Cancrum, Sagittarium, Libram, Leonem, Geminos, Scorpionem, Pisces, Aquarium, Capricornum, Arietem, Taurum, Virginem, &c.

Planetæ, Stellæ,

Animalia

Nunc recitatis Meteoris, regnum animale ingrediemur, ubi spectantur animalia vel viva vel mortua, sivè sint cadave-

ta, *sive* morticina, *præcipuum animale* homo *est*, *sive* mas *sive* fæmina, *sive* infans, *sive* hermaphroditus, Colossus, Gigas, Nanis, pygmeus, pupa, semihomo, centaurus, semivir, semimas, *hominum verò primus* protoplastus *nempè* Adam *fuit*, *hinc* humanitas, virilitas, *Animalium verò irrationalium, quædam terrestria, nempè quadrupedia ut plurimum, quædam volatilia ut aves, natatilia nonnulla ut pisces, amphibia & insecta, singula breviter sed ordine recensebimus, Animalia quadrupedia terrestria, in genere sunt vel* bruta, feræ, bestiæ, belluæ, *vel* pecora, armenta, greges, *vel* jumenta, veterina, sarcinaria, *vel* catuli, pulli, *in specie quædam cornigera sunt, ut* bos, semibos, buculus, juvencus, vitulus, vacca, junix, juvenca, forda, bucula, juvencula, vaccula, vitula, jugum boum, jugatorius bos, triones, taurus, bubalus, bonasus, bison, urus, *ut* cervus, palmatus cervus, cerva, capreolus, hinnulus, capricornus, caprea, rupicapra, dama, Ibex, alce, rangifer, unicornis, *vel* caper, hircus, hædus, aries, capra, capella, *quædam vel monosulca vel bisulca sunt, sive ruminantia, sive non ruminantia, ut* equus, caballus, equulus, equuleus, equa, mannulus, mannus, ater equus, funalis equus, canterius, admissarius, armentalis, desultorius equus, tolutaris, celes, veredus, clitellarius, asturco, vectarius, rhedarius, gradarius, sellarius equus, parippus, bigæ, trigæ, quadrigæ, sejuges, octojuges, *ut* Barrus, Elephas, Rhinoceros, Camelus, mulus, burdo, hinnus, mula, asinus, asellus, onager, asina, *ut* ovis, ovicula, bidens, agnus, agnellus, subrumus agnus, agni chordi, vervex *ut* sus, tolutaris sus, porcus, porculus, porcellus, sucula, porca, scrofa, aper, verres, majalis, nefrens, hybrida, histrix, *quædam sunt digitata vel ungulata, ut* Leo, Læa, leæna, leopardus, pardus, tigris, ursus, lupus, lupa, lynx, simia, cercopithecus *ut* vulpes, vulpecula, meles, taxus, ericeus, erinaceus, echinus, viverra, putorius, mustela, martes, cricetus, Sciurus, lacertus, stellio,

Terrestria.

lio, salamandra, seps, lepus, lepusculus, cuniculus, *ut* canis, catulus, catellus, catenarius canis, molossus, odorator, vertagus, indagator, sagax, *vel* catus, felis, ælurus, felis Zibethi, Gazella, *vel* mus, musculus, agrestis, araneus, noricus, alpinus, ponticus, major, Sorex, nitedula, glis, talpa, *nunc volatilia producemus, quæ varia sunt, habes enim aves cohortales*, volucres, alites, aviculas, illices, oscines, *habes* pullos, pullulos, pullastros, pullicenos, pipiones, gallum, gallinam, caponem, urogallum, gallopavonem, meleagrides, tetraonem, phasianum, attaginem, perdicem, *est* anser, anserculus, onocrotalus, anas, anaticula, querquedula, *est* columbus, palumbus, livia, turtur, columba, *sunt aves promiscuæ, sive canoræ sive non canoræ, sive grani-pisci-baccæ-carni-phytivoræ, pulveratrices, nonpulveratrices, palmipedes, fissipedes, ut* passer, passerculus, picus, passerinus, parus, carduelis, fringilla, luteola, rubecula, linaria, merula, motacilla, mergulus, coturnix, ficedula, trochilus, regulus, galbula, curruca, sturnus, butio, upupa, coccyx, cuculus, alauda, cassita, gallerita, luscinia, acredula, hirundo, merops, riparia, monedula, graculus, pica, cornix, turdus, turdela, *inter aves majores sunt* cygnus, olor, pelicanus, halcyon, pavo, struthio, ciconia, ardea, grus, tarda, *inter aves rapaces numerantur* aquila, vultur, falco, Nisus, accipiter, buteo, milvus, vanellus, caprimulgus, bubo, noctua, ulula, aluco, mergus, cornus, *ex Indijs advolat loquax* psittacus, Gryps, Phœnix, Sphynx, *aliaquè* harpyiæ, *sunt fabulosæ. Nunc aquatilium genera ordine alphabetico recensebimus, est itaque* acipenser, acus, alburnus, anguilla, asellus, Balæna, barbus, carpio, cetus, cobitis, cobius, conger, Cyprinus, Delphinus, esox, Gobius, Halec, huso, lampetra, loligo, lucius, lupus, mugilis, muræna, mustela, passer, perca, phoca, prasinus, Raja, Rhombus, Salmo, Siren, Thymallus, tinca, trutta, Xiphias.

Volatilia

Pisces

Amphibia *Inter amphibia præcipuum locum tenet* crocodilus, testudo, cancer, cammarus, fiber, castor, lutra, rana, calamita, bufo, rubeta, *sequuntur testacea ut* cochlidia, cochlea, limax, concha, purpura, murex, conchylia, margaritæ, ostrea, *concludent* insecta, *quæ vel reptilia sunt ut* vermes, vermiculi, *inter quos numerantur* bombyx, blatta, curunculus, lumbricus, convolvulus, teredo, cossus, bruchus, campe, eruca, oniscus, hirudo, sanguisuga, *sed & serpentum genus vermibus accensetur, ut* serpens, vipera, coluber, aspis, natrix, anguis, cæcilia, jaculus, boa, amphisbæna, hydra, basiliscus, draco, dracæna, *subnectemus* blattam, tarinum, tineam, acarum, cimices, pulices, culices, pediculos, lendes, ricinos, *Insectorum aliqua volatilia sunt ut* muscæ, crabrones, vespæ, asili, tabani, caprimulgi, striges, œstra, scolopendra, cicindellæ, cantharides, nitedulæ, hepioli, Scarabæi, cicadæ, locustæ, grylli, vespertiliones, *quibus adde* apes, apiculos, fucos, formicas, araneos, tipulas, scorpiones &c. *Sed nunc absolutis animalibus, eorum partes considerabimus, teguntur autem animalia vel* cute, cuticulâ, induvijs, exuvijs, vernatione, pelle, pelliculâ, corio, *hinc* aluta, squama, crusta, testa, concha, cutis *rursus tegitur* crinibus, pilis, capillo, capillitio, capillamento, comâ, calamistratâ comâ, cæsarie, villo, plegmate, antijs, capronis, tricis, pappo, barbâ, barbulâ, barbitio, promissâ barbâ, pube, mystace, vibrissis, lana, lanugine, vellere, crista, setâ, equinâ, aquatica, pube, pluma, pennis, calamis, pinnis, cirrho, caule, *In corpore animali invenies* cornua, cornicula, vngulas, vngues, reduvias, chelas, pinnas, *habes in piscibus* spinas, *in animalibus sunt* ossa, officula, *ut* os thoracis, os ilium, os sessibuli, os sacrum, os coccygis, os pubis, cartilago, furcula *in avibus*, jugulum, sternum, costa, spinæ, nothæ, coxæ, vertebræ, radius, tibia, *ossibus meritò* dentes *adnumerantur, qui sunt vel* genuini, canini, molares, maxillares. in-

Testacea

Insecta

Partes animalium cutis

Pili

Cornua

Ossa

incisores, *in barro est* ebur, *unde varia elaborantur*, *ex ossibus* Sceleton *construitur*, *ossa circumdantur* venis, venulis, fibris, vena cavâ, arteria, aorta, venis emulgentibus, meseraicis, capillaribus, hæmorrhoidalibus, variculis, vreteribus, tendinibus, nervis, membranis, musculis, *ex cibis* chylus, *ex hoc* sanguis, cruor, *inde* medulla, caro, adeps, sebum, lardum, axungia *generatur*, *corpus mutilum est* truncus, *sed* articulatum, membra, artus, articulos, sensoria *habet*, *inter* artus *numerantur* humerus, armus, scapula, ala, axilla, brachium, lacertus, ulna, manus, pugnus, pugillus, dextera, sinistra, palma, chir, hilum, carpus, metacarpium, digitus, digitulus, dactylus, condylus, pollex, auricularis, annularis digitus, verpus, Index, *deinde inter inferiores artus sunt* coxa, coxendix, Ischium, acetabulum, femur, suffrago, petaso, crus, genu, poples, patella, pes, pediolus, sura, tarsus, metatarsus, planta convexa, talus, calcaneum, solum, planta, digitus, hallux. *In* capite *est* vertex, çalvaria, occiput, sinciput, cerebrum, ventriculus cerebri, cranium, pericranium, frons, tempora, *in* sincipite *est* facies, vultus, *in vultu* oculus, *in oculo* pupilla, tunica, *circum* palpebra, cilium, supercilium, *infra* oculos, nasus, proboscis, promuscis, rostrum, crista, *post* tempora auris, auriculæ, branchiæ, *ex latere* nasi, malæ, genæ, buccæ, *quæ terminantur in* os, oscillum, rictum, *oris partes sunt*, labrum, labium, palatum, mandibula, maxilla, gingiva, lingua; fauces, *infra os est* mentum, rumis, *totum caput* collo *fulcitur*, *in quo invenies* tonsillas, glandulas, jugulum, gurgulionem, cervicem, gutturem, gulam, arteriam asperam, tracheam, laryngem, ingluviem, strumam, æsophagum, *qui in* stomachum, ventriculũ, intestina, ilia, exta, omasum, rumen, pantices *terminatur*, *intestina* mesenterio, omento, peritoneo *sustinentur*, trachea *verò* thoraci *jungitur*, *in quo* præcordia, mamma, papula, mediastinum, septum transversum, diaphragma, *intra-*

Venæ, nervi.

Artus.

Viscera.

tranea viscera firmant, *ut sunt* pulmones, jecur, hepar, cor, lien, splen, *parte corporis anteriori habes* mammam, papillam, sumen, uber, tabum, pectus, pericardium, abdomen, vmbilicum, *posticâ* dorsum, spinam dorsi, *intra* renes, *in latere* lumbos, lacertos, succidias, lactes, hypochondria, colon *in* intestinum rectum, *hoc in* anum, alvum, podicem,

Excrementa. culum, clunes, nates, venter in inguina *desinit*, *inguina in* verenda, *quæ ex* pube, testiculis, coleo, castoreo, scroto, cauda, pene, taurea, præputio, disco *constant*, vterus, matrix, vulva, vesica vrinaria, verendis *terminatur*, *vnde* vrina, lotium *secernitur*, *ex ano* merda, stercus, oletum, succerda, muscerda, *ex nare* mucus, *ex ore* sputum, saliva, *ex oculis* lachrymæ, *ex poris* sudor, *ex mammis* lac, colostra, serum, coagulum, oxygala, grumus, *excrementum* gazellæ est Moschus, Zibethum, *apium* mel, melligo, *bombycum* sericum, *gallinarum* ova, *quæ* vitello, luteo, albumine *constant*, *excrementa omnia, præsertim animalium pro* hetamine, fimo,

Vegetabilia *inserviunt*. *Nunc absoluto regno animali ad vegetabilia progrediemur*, *quæ* germinatu, germinatione, pullulatione, insitione, satu, gemmatione *oriuntur*, *inter vegetabilia primum*

Arbores. *locum* arbores *obtinent*, *ut* abies, acer, alnus, amygdalus, Baccalia, betula, buxus, canirubus, caprificus, castanea, cedrus, cerasus, ceratonia, cinamomum, citrus, cornus, corylus, cupressus, esculus, fagus, ficus, fraxinus, Guajacum, glyzirrhiza, hebenus, ilex, Iuniperus, larix, laurus, lentiscus, malus, mespilus, morus, nux, olearius, oleaster, ornus, palma, persicus, picea, piceaster, pinaster, pinus, pirus, pomus, populus, prunus, prunellus, quercus, robur, ruscum, Sambucus, Sandalium, Sorbus, Suber, Taxus, tæda, terebinthus, tilia, vlmus, *sequuntur*

Stipites. stipites *bacci feræ*, *ut* fragum, mora sentis, rubi idæi, baccæ paliuri, rubus, sorbus, vaccinium, uva, spina, spinus, ribes, coccum, baccæ cynosbati, ebulus, berberis, oxyacantha myr-

myrtellus, vitis, vinifera, rubelliana, labrusca, lupulus, *his* herbas, flores, caules, *&* radices *subnectemus*, *ut est* absinthium, acetosa, aconitum, alga, allium, angelica, apua, artemisia, asparagus, atriplex, brassica, beta, betonica, blitum, bulbus, carex, carduus, caryophyllum, caulis, centaurium, cepula, cichoreum, cicuta, cochlearia, coronariæ herbæ, crambe, cyanus, cynosbatos, endivia, enula, erica, faseolus, filix, fœniculum, fragaria, fucus, geranium, gramen, hædera, helenium, heliotropium, helleborus, hyssopus, Isatis, lactuca, lavendula, levisticum, ligustrum, lilium, lolium, majorana, malva, melissa, mentha, napellus, napas, narcissus, nardus, nasturtium, Pæonia, panicum, papaver, pastinaca, plantago, platanus, porrum, rapicia, raphanus, rapum, rapunculus, rosa, rosmarinus, rubia, ruta, salvia, scolopendrum, scolymus, sentis, serpillum, sicilimentum, siser, spina, squilla, tribulus, trifolium, tulipa, usnea, viola, urtica, zizania. *Nunc aromaticos fructus recensebimus*, *ut sunt* Acorum, aloë, anisum, anethum, carum, caryophyllum, cinamomum, crocum, colocintis, coriandrum, cuminum, galanga, macis, moschata, myristica, piper, Rhabarbarum, sena, sinapi, Zedoaria, Zingiber. *Sequuntur* fungi, boleti, spongiæ, tubera, *ut* piperitis, agaricum &c. *Considerandi quoque* junci, scirpi, cannæ, calami, *ad rem familiarem non parum faciunt* linum, gossypium, canabis, stupa, papyrum, *pro vario nempè vestitu*, *sed ad victum* legumina *prosunt*, *varijque generis* frumenta, *ut* frumentaceum far, siligo, farrago, Zea, spelta, ador, alicastrum, hordeum, secale, ægilops, triticum, vicia, loligo, frumentum Sarracenum, triticum indicum, fagopyrum, avena, pisa, erva, silurus, lens, milium, oriza, cicer, faselus, faba, lupinum, siliqua, *fructus vegetabilium sunt* mala, poma, pyra, aurea, granata, punica, citria, cotonea, persica, cyclamini, *vel* cucurbitæ, melopepones, melones,

Flores, herbæ, radices, olera.

Aromata

Fungi.

Cannæ.

Legumina.

Fructus.

nes, cucumeres, cappares, olivæ, *vel* cerasa, duracina, juliana, aproniana, armeniaca, corna, mora, spineoli, mespila, *vel* ficus, grossuli, caricæ, pruna, damascena, cerea, sylvestria, *vel* botri, uvæ, vinaceæ, passæ, *vel* nuces, juglandes, avellanæ, amygdala, tribuli, palmulæ, dactyli, balani, castaneæ, glandes, faginæ, gallæ, *inter gummata recensentur* myrrha, thus, mastiche, pix, opo-xylo-balsamum, *inter succos* aloe, saccharum, opium &c. *Sed nunc pro conclusione vegetabilium, eorum partes recensebimus, inter vegetabilia est* arbor, frutex, stirps, vepres, sentis, lignum, *est* planta, herba, fructus, sementis, seges, flos, folium, pampinus, coma, succus, resina, gummi, *in plantâ habes* bulbulum, calycem, frondem, caulem, scapum, thyrsum, thallum, ramum, radicem, petiolum, pedamentum, stipitem, caudicem, truncum, *habes* oculos, gemmulas, tubera, viscum, genicula, centra, *habes* spongiam, muscum, uliginem, nucamentum, capillamentum, fibras, Julos, lacinias, *habes* matricem, acinos, racemos, nucleos, granula, baccas, ossicula, *tota* pulpa *includitur* crustâ, echino, folliculo, gluma, concha, putamine, nauco, tunicâ, siliquâ, alburno, *tegitur* cortice, philura, libero, *extenditur* sobole, prole, propagine, malleolo, turione, stolone, surculo, germine, clavula, talea, pulliceno, vimine, virga, *si luxuriatur, amputatur, hinc* ramale, spadix, termes, tradux, resex, *in vite est* palmes, mergus, pampinarium, *in arundine*, canna, calamus, arista, spica, culmus, typha, *habes* stramen, paleam, acus, stipulam, fœnum, chordum, *sunt quasi excrementa* fraces, vappa, tartarus, fæx vini, duracinus, vinacea, *exprimitur* oleum, *destillant* lachrymæ, *exsudant* resinæ.

Vegetabilium partes.

Nunc ordo ad mineralia vocat, inter quæ varij succi, acidulæ, thermæ, *varia* salia, ut sal commune, nitri, petræ, alumen, borrax, vitriolum, chalcanthum, *varia* bitumina, *&* sulphura, *ut* succinum, electrum, glessum, naphta, campho-

Mineralia Succi. Salia. Sulphura.

phora, ambra, Sandaracha, arſenicum, cinabrium, *variæ* terræ, *ut* bolus, argilla, lutum, cœnum, limus, terra ſigillata, creta, rubrica, talcum, *varij* lapides, lapilli, ſaxa, cautes, petræ, ſcopuli, ſalebræ, calculi, ſcrupi, ſabulum, arena, glarea, lapides, pretioſi, molares, catillus, limes, lapis fiſſilis, ſciſſilis, ſamius, igniarius lapis, pyrites, lapis bituminoſus, lythantrax, ſilex, tophus, calcarius, cos, cæmentum, pumex, ſmiris, marga, gypſum, phengites, magnes, hæmatites, alabaſter, marmor, parius lapis, baſaltes, porphyrites, jaſpis, achates, cryſtallus, corallium, *variæ* gemmæ, *ut* perlæ, margaritæ, uniones, adamas, ſmaragdus, rubinus, ſaphirus, turcois, carbunculus, granatus, hyacinthus, chryſolithus, chryſopraſſus, carneolus, ſarda, topaſius, *varia* mineralia, metalla, *ut* aurum, argentum, cuprum, æs, aurichalcum, electrum, ferrumen, ſtannum, plumbum, ferrum, chalybs, argentum vivum, ſtibium, antimonium, cadmia, marcaſitha, Zinck, auripigmentum, ſil, ochra, ferrugo, rubigo, plumpago, minium, lithargirium, ceruſſa &c. *reperiuntur, mineralia quoq; ſua recrementa habent, ut ſunt* ſtricturæ, ſtomoma, ſcorea, calx, crocus, lamina, bracteola, regulus, foliũ, *in lapidibus habes* partes &c. *in terra* pulverem &c. *de quibus ſupra ſub titulo de rerum recrementis. Nunc recenſitis corporibus naturalibus, ad artefacta properabimus, quorum non exiguus numerus, ut tamen commodè memoriæ mandari poſſint, omnia artificialia, in phyſicas & mechanicas compoſitiones reducemus, phyſicis complectimur decompoſita quædam, ſive ex animalibus deſumpta, ut* eliquamen, cera, virgultum, arvina, axungia, candela, cereolus, ſapo, ſmegma, gluten, colla, viſcus, *ſive ex vegetabilibus, ut* lixivium, vernix, atramentum, impreſſorium, commune, ſuffimen, *ſivè ex mineralibus, ut* intrita, pulvis pytius, ſulphurata, aqua fortis, ſublimatum, vitrum, *ſive promiſcua, ut compoſitiones omnes medicæ*, decocta, infuſa, vina medicata, aquæ deſtillatæ, ſpiritus,

Lapides. Gemmæ. Metalla. Recrementa. Corpora artificialia Phyſica præparatione. Civilia. Medica.

tus, julepi, firupi, tincturæ, extracta, electuaria, lohoh, emulſiones, glandes, ſuppoſitoria, clyſteres, enemata, peſſi, gargariſmi, apophlegmatiſmi, epithemata, embrochia, fomenta, balnea, gelatinæ, eclegmata, boli, conſervæ, confecturæ, conditanea, rotulæ, morſulæ, pulveres, magiſteria, flores, croci, ſalia, præcipitata, trochiſci, paſtilli, catapotia, pilulæ, dentifricia, errhina, otica, ophthalmica, collyria, olea, linimenta, malagmata, cataplaſmata, emplaſtra, ſplenia, unguenta, cerota, ſuffitus, odoramenta, balſami, ſapones, dropaces, veſicatoria, cauteria, amuleta, theriaca, mithritatium &c. *& quæ cibos concernunt, ac arte coquinaria parantur, hinc in penu varij generis* cibaria, edulia, victualia, alimonia, eſca, veſcus, farrago, ſagina, illecebræ, epulæ, cupediæ *reperiuntur, ut inter* eſculenta, jus, juſculum, ſorbilum, jus piperatum, gelatum, nigrum, ſalſugo, alex, embamma, acetaria, garum, muria, *vel* puls, pulticula, pulmentum, pappa, appluda, ptiſana, intritum, ſapa, *ſunt guſtui* ova, frixa, inverſa, tremula, ſorbila, *nutrit* alica, crimum, hordeacea, farina, amylum, pollen, ſimilago, tomentum, cyne, polenta, fermentum, *unde* panis *ſive* ſacharatus *ſive* ſiligineus, ſimilagineus, toſtus, buccellatus, farreus, ſilicernium *præparatur, cujus partes* fruſtum, mica, buccella, medulla, *eſt &* manna, *ac* ambroſia, *ſubigitur nonnunquam* farina lacte, *cujus pars* flos, coagulum, oxygala, cremor, ſerum, caſeus, butyrum, *reliquaque* lacticinia, *ex farina, lacte, butyro & ouis, varij generis* cruſtula *parantur &* placentæ, *ut* meta, ſpira, turunda, ſcriplita, collyra, libum, piperatum, moretum, fabatia, muſtaceum, laganum, obelius, teganites, favus; *nec ingrati ſaporis ſunt* farcimina, *ut* botulus, lucanica, botellus, hilla, Iſicium, apexabo, faliſcus, tomaculum, *inter carnes eſt* caro bubula, vitulina, ovina, ſuilla, agnina, ferina, cervina, aprugna, *quæ menſæ apponitur ſive* elixa, *ſive* aſſata, toſta, cruſtulata, mutia

[Margin notes: Culinaria. — Victualia. — Jus. — Puls. — Ova. — Farina. — Panis. — Lacticinia — Cruſtulæ placentæ. — Farcimina — Carnes.]

riatica, *sive sit* artocreas, offa penita, perna, tuccetum, minutal, *sunt & pisces esculenti, de quibus supra, tandem* obsonia, bellaria, apophoreta, confectiones, salgamata, *sive* salsamenta *apponuntur. Nunc ad* potulenta *properabimus: inter quæ meritò primum locum* vinum *sibi vendicat, quod vel est* merum, eliquatum, defrutum, defæcatum, temetum, helvetum, mustum, *vel* exolitum, muccetum, lixivium, tortivum, acinaceum, posca, lora, *habes* vinum arvisium, canarium, apianum, alicanticum, Rhenanum, mosellanum, *sive* naturale, *sivè* medicatum, *ut* helenites, aromatites, absinthites, *sivè* crematum, sublimatum, *est* mustum pomarium, piraceum, *est* mulsum, mel, hydromel, nectar, promulsis, *est* cerevisia, Zythus, acetum. Pisces. Potulenta

Hactenus quæ physicâ præparatione producuntur, quæque ad usum civilem, medicum, culinarium spectant, præmisimus, nunc quæ mechanicâ præparatione elaborantur, subnectemus, sunt autem quamplurima corpora, quæ arti mechanicæ originem debent, quorum illa primum locum obtinent, quæ ad literaturam faciunt, ut libri, typus, membrana, pergamena, palimpsestus, papyrum, charta, bibula, emporetica, deletitia, pagina, plagula, philura, chartæ integræ, volumen chartaceum, scapus, scheda, chartula, literæ, libellus, pugillares, codicilli, tabula accepti, expensi, liber liturarius, adversaria, commentarius, index, codex, tabulæ publicæ, pandectæ, liber columnatus, codex, codiculus, volumen, insigne, album, annales, libri natales, calendarium, chronicon, libri Canonici, biblia, psalterium, alcoran, talmud, libri rituales, itinerarium, nomenclatura, dictionarium, lexicon, astrolabium, ephemerides, &c. Mechanica præparatione. Libri.

Nunc ea quibus corpus vestimus, producemus, nempè vestiarium, vestimentum, indumentum, inductorium, vestitum, habitum, amictum, *in quo varius est* ornatus, cultus, comtus, lenocinium, *pro equis* phaleræ, helcium, postilena. Vestes. Ornatus.

lorum, *in quibus* cimelium, monile, ſolea ferrea, ſtapes aurea, orea, lupus, vacerra, frœnum, capiſtrum, habena, fuſcina, poſtumis, *in alijs* monile, inauris, frontale, ſertum, corolla, corona, hæderacea, laurea, ſtemma, ſtrophium, coronis *oſſenditur, eſt &* toga, palmata, prætexta, paludamentum, ſinuata veſtis, laticlavia, trabea, purpura, *apud* cataphractos *invenies* galeam, caſſidem, cudonem, criſtam, pectorale, thoracem, loricam, *ſed nunc vulgariorem veſtitum explicabimus, facies* larva, *vel* peplo, ricino, calacantica, *calvitium* galericulo, caliendro, capillamento, *caput inter viros* pileo, petaſo, vmbellâ, tiarâ, infulâ, panulo, galero, cucullo, bardocucullo, capitio, mitrâ, *inter fœminas,* vittâ, capillari, reticulo, plagula *tegitur*, in thorace *habes* patagium, focale, humerale, collare, manicam, *interior veſtitus eſt* induſium, interula, ſubucula, ſubligar, mammillare, pectorale, tunica, caſtula, *ſupra eſt* camiſia, capitium, lacerna, bracca, ſagum, colobium, thorax, perizoma, ſupparus, ſemicinctium, ventrale, præcinctorium, *totum tegitur* pallio, palliolo, amicula, *ſive ſit* penula, chlamys, *ſive* abolla, laticlavium, *pauperes* centone, *fœminæ* pallâ *velantur*, *præ frigore corpus* pellicio, Rhenone, *manus* chirothecâ, digitalibus *tuentur, viri* caligis, follicantibus, braccis, *fœminæ* femoralibus, tibialibus *utuntur, pedes contra injuriam ſoli muniuntur* calceis, calceamentis, colopodio, ſculponeo, calone, udonibus, cothurnis, talaribus, carbatinis, ſoccis, ſoleis, ocreis, peronibus, obſtragulo, crepidis, *corpus varijs* faſcijs *ligatur, hinc* diadema, ſpira, tenia, mitra, redimiculum, impilia collare, focale, torques, armilla, brachiale, faſcia, pectoralis, cunabula, ceſtus, zona, cingulum, genualia, crurales faſciæ, lorum, cingula, retinaculum, corrigia, ligula, ligamentum, amentum. *His addi poſſunt* funis, funiculus, laqueus, reſtis, ſubductorius, remulcus, verſorius, oſcillum, tolleno, tendiculus, ſtriga, copu-

Cataphracta. Velamina. Pilei. Tunicæ. Pallia. Caligæ. Faſciæ. Funes.

pula, numella, anchorale, rudens, ora, catena, tomex, torus, retinaculũ, vinculũ, vinctus, nodus, transenna, catena, linea, nervus, chorda, fides, fidiculæ, lictoria, *quibus junge* ellychnium, fungum, lychnum, turundam, serta, fila, filamenta, filum, duplatum, picatum, aciam, byssum, *unde paratur* lemniscus, floccus, panniculus, fimbria, institа, subtegmen, licium, trama, subtensa, *ex his varij generis* texturæ, *vel ex stramine, scirpo, ut* storea, scirpea, matta, nassa, *vel ex linteo, ut* linteamenta, sindon, carbasus, *unde* vela, seminaria, mensaria, mantilia, mappæ, strophiola, muncinia, sudaria, lodiculæ, *vel ex bombycine ut* pannus bombycinus, xylinus, *vel ex lanâ, ut* pannus pinguis, purpureus, *vel ex cilicio, ut* pannus camelinus, cilicium, *vel ex serico, ut* pannus holosericus, scutulatus, damascenus, florulentus, undulatus, attalicus, subsericus, *ex his omnibus varij generis vestes parantur, quas jam recensuimus, vel* tapetes, aulæa, *vel* retia, casses, sagenæ, verricula, jacula, plagæ, fundæ, indagines, *vel* pulvini, pulvinaria, culcitræ, cervicalia, fomenta, lecti, substramina, lodices, lectisternia, *reliquaque quæ ad* lectum, cubile, grabatum, spondam, thorum, thalamum, *spectant, vel varij generis* vela, velamina, velamenta, velaria, tegumenta, integumenta, tegmina, involucra, siparia, conopea, stragula, instragula, plagulæ, toralia, cadurcum, dorsuale, gausape, *prout vestimenta tanquam corporis humani continentia recensuimus, ita reliquorum corporum varia continentia quoque huc apponemus, ut sunt* arcæ, arculæ, arcellulæ, cistæ, cistulæ, cistellulæ, cistæ vimineæ, scrinia, capsæ, capsulæ, thecæ, dactylothecæ, calamariæ thecæ, arcæ pollinariæ, loculi, loculamenta, vestiaria, cucullæ, calamaria, atramentaria, pyxides, pyxidulæ, arenariæ, *varia reponimus in* saccum, bisaccium, sacciperium, sarcinulam, bulgam, peram, manticam, fundam, vidulum, scorteam, culeum, utrem, orcam, loculum, crumenam, marsu-

Texturæ. Stramineæ. Lineæ. Bombycinæ. Laneæ. Cilicinæ. Sericeæ. Retia. Lecti. Tegmina. Vasa continentia liquidorum. Cistæ. Sacci.

Corbes. ſupium, excipulum, *eſt* corbis, corbula, qualus, quaſillus, caniſtrum, ſporta, ſportula, vimineum, fiſcina, fiſcella, panariolum, gerræ, vannus, cophinus, præſepe, *ſed quibus liquida continentur, ſunt* lapparius, latrina, alveus, aqualiculum, fons, puteus, lacus, aqualis, guttus, *vel* labrum, labellum, frigidarium, lavacrum, aqualiculus, ciſterna, caſtellanus, crater, cupa, capula, pityna, lacus, linter, mulctrum, mactra, mortarium, matellio, *vel* vas, dolare, tonna, cadus, amphora, vrna, cupa, ſitula, congius, lagena, hauſtrum, culeare, dolium, *vel* calix, poculum, cyathus, ſcyphus, crater, culullus, vitrum, patera, *vel* urceus, cirnea, fidelia, hirnea, ſeriola, hydria, bombylius, guttus, cantharus, obba, ampulla, acetaria, aquiminale, trua, futum, olla, urna, cacabus, lebes, ahenum, cortina, frixorium, ſartago, veſica deſtillatoria, alembicus, *vel* patina, ſcutella, diſcus, phiala, acetabulum, lanx, catinus, capedo, trulla, *vel* pelvis, alveus, eſcarium, canaliculus, orbis, quadra, cochlear, tudicula, trula, ſpatha, malluviũ, pollubrũ, pelluvium, gutturnium, trulum, *eſt* ſalillum, acerra, thuribulum, bulla, formæ rerum, vaginæ, pharetra, capulus, excipulus, infundibulum, ignitabulum, focus, igniarium, fuſorium, modulus, muſtricula, cucurbitula, farctrum, emunctorium, qualum, cribrum, colum, ſubcerniculum, excuſſorium, *eſt* obturamentum, epiſtomium, ſpiſſamentum, operculum, opertorium, operimentum, teſtus, puteal.

Continentia liquidorum. — *alvei.* — *Cupæ.* — *Dolia.* — *Patinæ.* — *Cochlearia.* — *Vaginæ.* — *Cribra.* — *Opercula.*

Hactenus recenſuimus, quibus ſolida, & liquida ſpecialiter continentur, nunc illa continentia exponemus, quæ generaliora ſunt, & quibus antecedentia continentia iterùm continentur, ut ſunt varia loca, quæ ſequente titulo quarto ob oculos ſiſtam, hoc verò loco tantùm ædificium, domum, arcem, *cum requiſitis adducam, habetis itaque in domo* fundamentum, pavimentum, limen, ſuperliminare, valvas, fores, januam, portam, *ſive* anticam, *ſive* poſticam, ante

Domus. — *Janua.*

pagmen-

pagmentis *firmatam*, *&* claustro, clausurâ, serâ, *sive* clusili, *aut* pensili, *vel* laconicâ *obseratam*, *quæ* clavi, claviculâ *reseratur*, *& non rarò* exostra, ponte, *sivè* subductili, arrectorio, *sive* versatili, sublico, *additis* cancellis, clathris, cataractis, emissariis *præmunitur*, *quibus superatis*, *in* atrium, vestibulum, *hinc ad reliquas* contignationes, stegas, *mediantibus* scalis, cochlidibus *proceditur*, *in* frontispicio *domûs*, *non rarò eminent* menianum, pulpita, specula, *inferior contignatio plerumque* fornice, *superior* lacunari, laqueari, *summa* tecto, suggrundis, protecto, *sivè* scandulari, *sivè* imbricato, *vel* compluviato, *aut* displuviato, pluteo, culmine *tegitur*, tectum *sivè* planum *sivè* pectinatum, *in* pinnam, verticem, coronidem, tritonem *definit*, *habes circa tectum* tegulas, imbrices, deliquias, *in reliqua domus parte* lateres, proceres, tesserulas, *domus ex* parietibus *constat*, *præprimis quatuor*, *in* lutamentis *est* paries formaceus, *in ruinis* parientinæ, *est* paries medianus, intergerinus, *in palatiis* marmoratus. Munimenta, propugnacula, arces, *cinguntur* muro, promurali, antemurali, mæniis, maceriâ, septo, aggere, loricâ, vallo, pilâ. *Est & in domo* fenestra, fenestella, transenna, fenestrale, vitrum, specular, speculare vitrum, speculum, laterna, lucerna, candelabrum, *quibus vel* solis *vel* candelarum cerearum, facum, lampadum, lychni *ope cernimus*, *ni* umbraculum, riscus *obsistat*, *acuitur visus* tubis opticis, telescopiis, specillis, speculis, prismate, microscopio, *In ædibus concinnè dispositis*, *invenies* horologia, horaria, *in quibus* index *seu* gnomon *tempus indicat*, *varia sunt ejusmodi* horologia, *vel* automata, *vel* solaria, sciaterica, clepsamina, arenariæ clepsydræ, annulares sphæræ, *curiosi* globis, sphæris, astrolabio, compasso, pyxide nauticâ *delectantur*, *sunt &* thermoscopia, *quibus aëris temperiem metiuntur*, *plurimum propugnaculo* mola aquaria *inservit*, *cum* meta, molendina, *ut* mola quatrina, trina, bina, molendinũ polentarium, farinarium,

Sera. Pons. Cancelli. Contignationes. Fornix. Tectum. Tegulæ. Paries. Munimentum. Septum Vallum. Fenestra. Optica Vitra. Horologia Molendina.

narium, *vel* jumentarium, mola *vel* asinaria, *vel* alata, *varia autem est* molitura, chartaria, ferraria, fullonica, *proximè* molas, pistrinæ, *cum* mortariis, frangibulis, nucifrangibulis

mallei *accedunt, molendinis non rarò* mallei *sivè* stuparii *sivè* marculi *varijq, generis mediantib⁹ follibus supra* incudem *impelluntur, quibus* umbones, bullæ, *variáque alia excuduntur*, *& hæc omnia, ut dixi follium ope, qui* fornacibus *adaptati*, *vento*

furni *ignem excitant, sunt autem varii generis* furni, fornaces, fornaculæ, *omnes cum* camino, foco, *ut* lateraria, calcaria, fusoria, vitrearia, clibanus, testus, *defenditur propugnaculum*

bombardæ armis, armamentis, *vel* tormentis, *ut* bombardis, sclopetis, fundis, scutalibus, *offenditur* ariete, ballistis, catapultis, impetardis, *hinc foris & intus variis armis bellicis belligeratur, ut*

Præmium mium, muneratio, donum, pollicitum, merces, *pro cujusvis* merito, morigeratione, obsequentia, obtemperatio-

Obedientia ne, obedientia, famulitio, servitio, servitu, ministratione, ministerio, auscultatione, *sed qui* accusatione *rei deprehenduntur*, inobedientiæ, pervicaciæ, impatientiæ, into-

Impatientia lerantiæ, intermissus, factionis, proditionis, defectionis,

Rebellio traditionis, rebellionis, motionis, conjurationis, confœderationis, conspirationis, effugii, transfugii, diffugii, sub-

Pœna reptionis, minis, pœnis, & supplicijs *puniuntur*, *juxta* pœ-

Civilis actio nariam actionem, *In* civili *vero* actione, questione, querelâ, lite, contentione, actis, *observatur* causa, delatio, sycophantia, conquestio, appellatio, clarigatio, obtestatio, testificatio, excusatio, stipulatio, sponsus, compositio, condictio, conventio, pactio, contractus, compactum, interlocutoria sententia, præjudicium, reatus, cautela, jusjurandum, testimonium, chyrographum, syngraphum, apo-

Ærumna cha, testamentum, vadimonium, fide-jussio. *Magistratus autem præcipuum civile munus est, ut quos premi videt* curis, miseriâ, calamitate, necessitate, molestia, ærumnâ, discrimine, solicitudine, hæsitantiâ, frustratione spei, incommodis,

Damnum objectaculis, impedimentis, præpedimentis, desertione, exilio, deliquio, indigentia, egestate, infortunio, damno,

Cura adversitate, persecutione, *illos inquam, parentum* vice, curatura, tutelâ, clientela, patrócinio, protectione, defensione, præsidio, curatione, conservatione, refectione, restitutione, promotione, redemptione, interpositione, intercessio-

Auxilium ne, gratiâ, educatione, sustentatione, donatione, largitione, provisione, eleemosyna, liberalitate, hospitalitate, munificentiâ, beneficentiâ, altu *sublevet, illis præbeat* auxilium,

admi-

adminiculum, adjutorium, ſuppetias, adjuvamen, ſuccurſum, ſubſidium, commoditatem, beneficium, gratiam, benignitatem, clementiam, miſerationem, ſolatium, conſolationem, columen, alacritatem, ſecuritatem, cuſtodiam, confidentiam, fiduciam, *ut miſeri ſubditi caſu neceſſitatis* refugium, receptaculum, aſylum, portum *habeant, atque is eſt verus uſus boni regiminis, cujus* redhoſtimentum *Deus*, immiſericordiæ *&* abuſus *idem vindex. Dantur etiam functiones civiles, œconomicæ, ut* ruſticatio, villicatio, agricolatio, horticultura, agricultura, lignatio, ſtercoratio, conſitura, ſatus, ſeminatio, ſatio, meſſis, fœniſecium, putatio, pampinatio, racematio, vindemia, frumentatio, olivitas, ſpicilegium, *vel* fætura, pecuaria, peculium, actus, piſcatus, aucupium, venatio, *concludunt actiones militares, in* militiâ *eſt* bellum, *vel* offenſivum *vel* defenſivum, *ut plurimum* internecinum, *in bello* prælium, certamen, duellum, pugna, lucta, gladiatio, conflictus, luctamen, velitatio, dimicatio, pugilatio, *in* munitione *eſt* armatura, præſidium, excubiæ, *in* diribitione *reperitur* peditatus, equitatus, vexillatio, decuriatus, phalangites, ſatellitium, pilum græcum, ſubſidium, *in* obſeſſione, invaſione, aggreſſione, *ſi* oppugnatio, expugnatio, deditio, occupatio, & violenta irruptio, *contingat, bone Deus, quantâ* ultione *&* vindictâ *iratus miles involat, nihil ſitiens præter* prædam, rapinam, direptum, populationem, graſſaturam, vaſtationem, deſolationem, excidium, cladem, internecionem, *atque ità bellè ſe potiri putat* triumphatûs, victoriæ, palmæ, trophæi, pacis. *Priuſquam titulum hunc de potentiâ agendi, & varijs actionibus finiamus, omnis generis* actores *atq;* officiales, *lectori non injucundo ſpectaculo ob oculos ſiſtemus, etſi nobis hæc præſentatio, plurimum laboris faceſſerit, actiones & actus, hinc & inde per titulos ſuos diſperſim inveniuntur, hinc ſupervacaneum eas heic repetere, ſolos*

Refugium

Functiones Civiles

Ruſticatio

Functiones militares.

Actiones militares.

ergò actores, quos in hunc unum locum reservavimus, producemus.

Actores

Quoniam autem Actorum *magnus numerus est, illum ut memoriæ mandari firmius possit, certo ordine proponemus, per quindecim nempè titulos generales, quibus per hoc totum organum, tanquam filo Ariadnæo usi sumus.*

Dij

Quoad substantiam ergò, invenies Deos, Deas, Deastros, semiDeos, numina, Superos, inferos, Dæmones, evdæmones, cacodæmones, Spiritus, manes, lemures, penates, furias, genios, animas, semihomines, Satyros, faunos, tritones, incubos, *Christiani fatentur esse* Deum, Angelos, Spiritus, animam, Diabolum, Satanam, Beelzebub, *Ethnicis verò nullus in enumerandis Dijs vel finis vel numerus, habent* Vejovem, personas, larvas, umbras, *venerantur* Jovem, Martem, Vulcanum, Saturnum, Mercurium, Cererem, Bacchum, Plutonem, Dianam, Neptunum, Janum, Venerem, Vestam, Musas, Apollinem, &c.

Boni

Mali

Vitiosi corpore

Quoad qualitatem corporis physicam, vel formosi *vel* deformes *dantur, ut* embryones, homulluli, homunculi, homunciones, nani, pygmæi, pumiliones, longuriones, gigantes, monstra hominum, calvastri, cachinnones, Sputatores, Screatores, ballatrones, cæspitatores, capitones, cilones, frontones, buccones, dentones, labeones, mentones, mandones, *est* pætus, limus, cocles, ocella, surdaster, *est* sedigitus, pedo, plumipes, loripes, pansa, polypus, centipeda, millepeda, spado, eunuchus, sani *vel* clinici, *sed quoad qualitatem corporis male moratam, invenies* decoctores, popinones, combibones, compotatores, ganeones, *vel* momos, Zoilos, Sanniones, scurras, cavillatores, illusores, derisores, irrisores, joculatores, taxatores, contemtores, spretores, vituperatores, obloquutores, obtrectatores, traductores, calumniatores, dicaculos, maledicos, conviciatores, obvaricatores, garritores, gerrones,

Vitiosi moribus

Decoctores

Irrisores

su-

ſuſurrones, rabulas, locutulejos, jactatores, gloriatores, jurgatores, juratores, *vel* Adulatores, palpatores, palpones, gnatones, aſſentatores, laudatores, plauſores, cultores, ſimulatores, paraſitos, hypocritas, plebicolas, affectatores, æmulatores, Zelotes, *ſunt* tentatores, ſeductores, deceptores, circumſcriptores, impoſtores, proditores, veteratores, falſarij, nebulones, verberones, nequam, furciferi, fures, trifures, cleptæ, patibulati, compilatores, ſacrilegi, plagiarij, peculatores, abactores, ſacculari j, manticularij, *ſunt* turbatores, perditores, vaſtatores, obſeſſores, oppugnatores, domitores, exterminatores, everſores, exſtinctores, ruptores, effractores, graſſatores, populatores, prædatores, piratæ, latrunculatores, latrones, prædones, raptores, ſpoliatores, incendiarij, *ſunt* tyranni, vexatores, violatores, tortores, ſtrictores, compreſſores, ſucculatores, virgatores, lorarij, percuſſores, excoriatores, maciatores, carnifices, lictores, *ſunt* interfectores, confectores, ſicarij, homi-parenti-patri-matri-fratri-ſororiinfanti-tyrannicidæ, *ſunt* provocatores, colluctatores, conſertores, pugnatores, gladiatores, palæſtritæ, athletæ, pugiles, laniſtæ, andabatæ, jaculatores, funditores, *inde ſiunt* refugæ, perfugæ, transfugæ, defectores, perduelles, *prout præcedentes, iniquo modo trucidant, ità ſequentes illicito modo eos generant, ut* lupanarij, fornicatores, concubini, Scortatores, adulteri, mæchi, ſtupratores, pellices, meretrices, concubinæ, Scorta, lupæ, propudia, proſtibula, adulteræ, *procurantibus* lenis, conciliatricibus, lenonibus, *inde* ſpurij, expoſititij, nothi, *ſed quis omnis generis* peccatores *recenſebit, quorum ingens* colluvies, *ejuſmodi* prævaricatores *enim ſuos habent* Sodales, complices, commanipulares, commilitones, commanipulones, congerrones, tribules, calones, caculas, collegas, condiſcipulos, contubernales, compares, *quibus* circulatores, mimos, grallatores

Adulatores | Tentatores | Nebulones | Fures | Turbatores | Latrones | Violatores | Homicidæ | Luctatores | Perfugæ | Fornicatores | Lenones | Spurij | Commilitones

tores, pilarios, circularios, gesticulatores, funambulos, circumforaneos, præstigiatores, choreutes, ardeliones, præsultores, saltatores, cantatores, fabulatores, nugatores, blaterones, clamatores, histriones, actores, comædos, comicos, tragœdos, ludiones, collusores, choragos, lusores, pilicrepos, aleatores, aleones, tesserarios, *f. istillos adnumera*,

Lusores

Cùm principales functiones nutritionem respiciant, naturali appetitu natura cò fertur, hinc edones, gulones, helluones, epulones, comedones, commessatores, manducos, lurcones, catillones, linguriones, linguritores, glutones, pransores, cupediosi, pinguiarij, nauseatores, abstemij, bibones, potores, potatores, vinipotores, alumni ***nutriuntur à*** nutrice, nutricula, altrice, altore, nutritore, educatore, præbitore, ***qui à*** promo, condo, annonario, pabulatore, dispensatore, scissore, prægustatore, tricliniario, pocillatore, pincerna, propinatore, convivatore, alimenta ***suscipiunt, pecora à*** farctoribus, porculatoribus ***saginantur.***

Gulones

Altores

Quoad quantitatem, scias circa illam exponendam occupatos esse metatores, geometras, altimetras, stereometras, agrimensores, metatores, decempedatores, finitores, mensores, divisores, distributores, diribitores, auctores, moderatores, libripendes, libratores, staticos, aquarum libratores, calculatores, arithmeticos.

Geometræ

Ratione loci invenies cælicolas, ruricolas, amnicolas, sylvicolas, monticolas, eremitas, accolas, inquilinos, Vernas, indigenas, incolas, advenas, adventores, hospites, diversores, exteros, hybridas, alienigenas, visitatores, convivas, errones, noctambulos, Zyganos, æthiopes, ethnicos, gentes, &c. incolarum ***quidam sunt*** pagani, agricolæ, coloni, vicani, ***ex*** vulgo, populo, plebe, ***quidam*** cives, concives, municipes, clientes, provinciales, patricij, ***horum omnium quidam*** inhabitatores, convictores, confessores, prædecessores, successores, ***quidam*** positores, conductores, elocatores ***sunt,***

Incolæ

ra-

ratione situs in globo terrestri, habes antipodes, paræcos, &c. *sed de his consule* Geographos.

Tempus per Chronologos, Astrologos *supputatur, sunt* moratores, cunctatores, cessatores, decessores, præcessores, antiquarij, auspices, novatores, restauratores &c. *Visum observat* opticus, spectator, speculator, pictor, monstrator, *sed fugiunt* lucifugæ, tenebriones, latebricolæ. Chronologi Spectatores

Auditum exercent auditores, dictatores, oratores, collocutores, vocatores, clamatores, *de quibus supra*, Musici, modulatores, modulatrices, cantatores, cantatrices, concentores, præcentores, choraulæ, fidicines, Lyricines, citharædi, cithariſtriæ, sambuciſtriæ, psaltes, æneatores, buccinatores, tubicines, tibicines, liticines, cornices, fistulatores, gingrinatores, utricularij, cymbalistæ, tympistæ. Auditores Musici

Nunc ad tactum & mechanicas operationes veniemus, circa quas Mathematici *occupati sunt*, *&* Mechanici, *hinc varij* Authores, editores, repertores, inventores, designatores, conditores, formatores, positores, factores, fictores, plastes, operarij, machinarij, pararij, materiarij, effectores, executores, confectores, architecti, ædificatores, structores, artifices, fabricatores, opifices, officinatores, organarij, mechanici, *primum locum illis tribuo, qui metalla laborant, ut sunt* metallarij, æris flatores, excoctores, fusores, fabri aurarij, ærarij, stannarij, ferrarij, malleatores, bractearij, laminarij, ahenarij, tubarij, cultrarij, falcarij, acicularij, armamentarij, gladiarij, hastarij, scutarij, loricarij, bombardarij, ballistarij, claustrarij, helciarij, vectiarij, automatarij, arcuarij, *his adde* figulos, vitriarios, specularios, *succedunt* fabri lignarij, scriniarij, arcularij, arcarij, tignarij, lacunarij, naupegi, carpentarij, doliarij, vietores, scandularij, tornatores, serrarij, lignatores, *tertium locum occupabunt* textores, sericarij, lanifices, pannifices, laniarij, pileones, carminarij, lanifici, fullones, linteones, capsarij, Mechanici Operatores Metallarij Figuli, Scriniarij Textores

Viminarii, connodatores, retarij, limbolarij, phrygiones, acupictores, ſegmentarij, reſtiones, ſtrophiarij, coronarij, *hos ſequuntur* ſartores, ſartrices, netrices, ſarcinatores, ſarcinatrices, ſutores, ſtipatores, induſiarij, cultrarij, ephippiarij, *quibus ſubjungemus* compactores, bibliopegos, *& propter affinitatem* typothetas, typographos, bibliographos, curſores, *ſunt* pelliones, plumarij, coriarij, alutarij, cerdones, ſutores, calcearij, crepidarij, ſolearij, cerdones, veteramentarij, marſupiarij *ſunt* opifices *promiſcui*, *ut* frenarij, zonarij, annularij, pectinarij, laternarij, feneſtrarij, ſcopularij, cribrarij, chartopæi, illuminatores crepundiorum, teſſerarij, *ſunt* glutinatores, cruſtarij, parietarij, murarij, cæmentarij, paviculæ, ſtratores viarum, lapidarij, marmorarij, lacunarij, foſſores, cunicularij, *ſunt* ſculptores, ſcalptores, cælatores, chalcographi, latomi, lapicidæ, gemmarij, ſtatuarij, poliones, politores, interpolatores, ſamiatores, *ſunt* tonſores, ſectores, meſſores, tritores, ventilatores, trituratores, molitores, polentarij, pollintores, torcularij.

[Margin: Sartores — Typographi — Coriarij — Promiſcui — Cæmentarij — Sculptores — Tonſores]

Quidam opifices rei cibariæ inſerviunt, *ut* coqui, coctores, focarij, macellarij, lixæ, piſtores, pinſores, furnarij, hordearij, ptiſanarij, alicarij, lactarij, libarij, placentarij, cupedinarij, cruſtularij, dulciarij, cereviſiarij. *Quidam rei medicæ inſerviunt*, *ut* diſtillarij, deſtillatores, medicamentarij, pharmacopæi, odorarij, ungentarij, unctores, pollinctores, inſolatores, ſaponarij, olivarij, pigmentarij, cerdones, uſtores, carbonarij, ciniflones, alchymiſtæ, laterarij, calcarij, encauſtes, fuſores, cuſores, monetarij, ſulphurarij, tinctores, infectores, violarij, tectores, *quidam ſunt* caupones, popinatores, tabernarij, cereviſiarij, œnopolæ, macellarij, laniones, *alij agunt* mercatores, nundinatores, negotiatores, inſtitores, venditores, licitatores, emtores, *præſertim qui* Quæſitores, fæneratores, æruſcatores, uſu-

[Margin: Coqui — Placentarij — Pharmacopæi — Caupones — Mercatores]

usurarij, fænerarij, monopolæ, propolæ, collybistæ, campsores, nummularij, mensularij, argentarij, pigneratores, lenulli, mangones, sequestres *sunt, inter* tabernarios, *invenies* librarios, bibliopolas, gemmarios, aromatopolas, aromatarios, condimentarios, salgamarios, salsamentarios, salsarios, cinerarios, cerarios, thurarios, abjetarios, linteatios, laniarios, vestiarios, scrutarios, siliginarios, frumentarios, cetarios, piscarios, carnarios, porcinarios, suarios, lactarios, obsonatores, *sequuntur pastorales functiones, ut* pastor, jugatorius, bubsequa, bubulcus, equiso, camelarius, armentarius, pecorarius, asinarius, mulio, agaso, opilio, porcarius, subulcus, caprarius, apiarius, mellarius, mansuetarius, bestiarius, *his adde* Venatores, lupinarios, aucupes, aviarios, fringillarios, hamiotas, piscatores, *sed labores rurales exercent* agricolæ, agricultores, hortulani, arboratores, viridarij, herbarij, olitores, botanici, lupularij, topiarij, vinitores, seminatores, satores, plantatores, visitatores, putatores, aratores, runcatores, frondarores, pastinatores, sarritores, sartores, pampinatores, vindemiatores, leguli, stramini-fænisecæ. Tabernarij Pastores Venatores Agricolæ

In domo est famulus, minister, ministrator, mediastinus, œconomus, villicus, administrator, suppellecticarius, vestispicus, cubicularius, lectisterniator, lotor, clavicularius, laternarius, diætarius, dapifer, structor, cellarius, janitor, atrici, atrienses, ostiarius, apparitor, strator, stabularius, scoparius, converritor, foricarius, servus, mercenarius, serva, famula, ministra, ministratrix, ancilla, geraria, clavicularia, cellaria, lotrix, balneatrix. Famuli

Viatores, peregrinatores, spatiatores, *sive sint* pedites, equites, sessores, vectores, cursores, veredarij, stadiodromi, prodromi, *sive* legati, emissarij, nuncij, renuncij, internuntij, interventores, reduces, nunciatores, præcones, caduceatores, feciales, prædiatores, libelliones, tabellio- Peregrinatores Legati Nuncij

liones, tabellarij, *hi omnes sive sint soli, sive habeant* stipatores,
Imitatores sectatores, comites, asseclas, imitatores, *opus habent, si viam*
Ductores *ignorent*, ductoribus, præmonstratorib⁹, *& ni* pedites & per-
reptatores *esse velint, indigent* vectoribus, aurigis, rhedariis,
Aurigæ essedarijs, carrucarijs, plaustrarijs, traharijs, *vel qui aquâ*
Nautæ *promovent, agunt cum* nautis, portitoribus, lintrarijs, ratiarijs, remigibus, naviculatoribus, naucleris, proretis, *sunt*
Bajuli urinatores, natatores, *sellis non rarò gestamur, hinc* gestores, geruli, latores, gestatores, lecticarij, sandapilarij, vespillones, *& varij generis* bajuli, *ut* saccarij, utrarij, capsarij, palangarij, aquatores, *pro tot varijs recensitis officijs subeundis,*
Director *supremus rerum* director, fundator, inceptor, & coryphœus,
Agitator *famem & panem quotidianum pro* agitatore, stimulatore, instigatore, motore, molitore, allectore *posuit.*

Consanguinei. *Nunc non exiguo Actorum numero præmisso, interludium, quod ex meris* amicis & consanguineis *constabit, exhibebimus.*

Vir *Si sis* mas, vir, *pro alijs aliquoties* procus, pronubus, paranymphus, *ipse* amasius, amator, corrivalis, *tandem* sponsus, maritus, *deniquè nisi* improles, paterculus, paterfamilias, herus, dominus, parens, *& si dijs placet* viduus, vitricus *eris,* proles, soboles, liberi *vel sunt* gemelli, masculi, puelluli, pupi, pupuli, pueruli, pusiones, pusi, pueruli, pueri, filioli, filij, filijfamilias, patrimi, posthumi, pupilli, privigni, *vel* pupæ, puellæ, puerulæ, filiolæ, filiæ, filiæfamilias, patrimæ, privignæ, *ex altera parte mater quæ* Virgo *primùm, dein* amasia, pronuba, *ipsa tandem* sponsa, nympha, dotata virgo, nuptijs nova nupta, consors, conjux, conjuga, uxor, ma-
Fœmina rita, mulier, fæmina, *mediante* obstetrice puerpera, matercula, mater, materfamilias, hera, domina, virago, matrona, vidua, noverca, anicula, anus, vetula, cognati *spirituales*
Amici spirituales *sunt, ex sacro lavacro* susceptores, susceptrices, compatres, commatres, pupilli, orphani, tutores, curatores, *ut plurimum*

ini-

iniquos habent, itàper progenitores, Majores, antecessores, successores *&* posteri *nostri substiterunt & subsistent.*

Sorores *&* fratres uterini, germani, *sivè* sororculæ, fraterculi, *concorditer etiam cum* amicis cognatis *utriusque lineæ vivant, ut sunt,* Tritavus, atavus, proavus, abavus, avus, abavunculus, proavunculus, avunculus, obpatruus, propatruus, patruus, Trinepos, atnepos, pronepos, abnepos, nepos, nepotulus, consobrini, sobrini, amicini, patruelis, matruelis, prosocer, consocer, socer, progener, gener, sororius, levir, *est ex parte fœmineâ* tritavia, atavia, proavia, abavia, avia, abmatertera, promatertera, matertera, proamita, obamita, amita, prosocrus, socrus, pronurus, nurus, neptis, fratria, glos, amica. Corporales ex parte viri Ex parte fœminæ

Nunc spectatoribus reliquam Actorum turmam exhibebimus, auspicantur hanc alteram partem Officiales politici, Monarcha, Cæsar, Imperator, Rex, regnator, regulus, regina, Elector, Archidux, Dux, Princeps, Comes, Comes Palatinus, Baro, Nobilis, Marchio, Satrapa, Dynasta, Castellanus, Duumviri, patricij, proceres, magnates, summates, primates, optimates, ordines, status, *& qui præcipiunt, ut* Imperator, dictator, sanctor, constitutor, præceptor, mandator, mandatarius, rector, inspector, collator, diribitor, imperatrix, directrix, regnatrix, prorex, interrex, locumtenens, Vicarius, insularius, gubernator, præfectus, proprætor, prætor, proconsul, præses, præsul, decanus, decurio, curio, tribunus, ephorus, Magister aulæ - stabuli, archimagirus, gymnasiarcha, scholarcha, *in bello* Generalis, Imperator, Mareschallus, archithalassus, Dux, Chiliarcha, centurio, capitaneus, tribunus, prætor, Magister equitum, peditum, præfectus vigilum - stationum, tesserarius, antesignanus, primipilaris, *Magnates tales alunt* Palatinos, aulicos, ephebos, amanuenses, celeres, circumpedes, pedisequos, spiculatores, satellites, bipenniferos, statores, excubi- Officiales politici Mandatores Generales Aulici

Fiscarij bitores, custodes, accensos, calatores, *habent suos* fiscarios, conquisitores, cancellarios, secretarios, syndicos, consiliarios, scribas, censores, quæstores, thesaurarios, telonarios, mancipes, publicanos, ædiles, aquileges, horrarios, saltuarios, carcerarios, ergastularios, censores, *in bello est* miles, commiles, tiro, veteranus, rudiarius, eques, pe-

Milites daneus, *sunt* milites prætoriani, præsidiarij, stationarij, legionarij, phalangarij, classiarij, antepilani, subsidiarij, accensi, succenturiati, trimarij. *sunt* volones, veles, lancearij, tragularij, sclopetarij, sagittarij, parmularij, dimachæ, duplicitarij, quadranarij, *sunt* armigeri, ensiferi, signiferi, vexilliferi, latrunculatores, vigiles, optiones, *his adde qui-*

Triumphatores *bus sunt* triumphatores, domatores, dominatores, heroes, bellatores, victores, pacificatores, *vel* heroinas, bellatrices, victrices, dominatrices, *& qui his subsunt, ut* vasallos,

Mancipia rusticos, mancipia, mendicos, *vel* libertos, libertinos.

Iuris consulti *Circa justitiam administrandam occupati sunt* legiferi, legislatores, leguleji, Iuris consulti, Iurisperiti, causidici, viri consulares, patres conscripti, consules, senatores, scabini, Iudices, assessores, mediatores, pactores, pacatores, discretores, arbitri, actarij, notarij, signatores, obsignatores, æstimatores, scribæ, scripturarij, tabularij, accersitores, vestigatores, procuratores, actores, advocati, testes testamentarij, suasores, consultores, *qui accusant sunt* ho-

Inimici stes, inimici, adversatores, detrectatores, osores, desertores, adversarij, indices, flagitatores, exactores, delatores, competitores, institores, disceptatores, litigatores, vitilitigatores, tricones, sycophantæ, *his resistunt bo-*

Amici *norum virorum & justa causa* Defensores, salvatores, servatores, paracleti, redemptores, restitutores, liberatores, consolatores, patroni, fautores, benefactores, opitulatores, auxiliatores, adjutores, receptores, susceptores, tutores, protectores, conservatores, provisores, deprecatores,

rogatores, intercessores, responsores, miseratores, hortatores, promissores, assertores, suffragatores, vindices, ultores, cultores, amici, *in causâ* debiti *&* crediti, *sunt* debitores, reliquatores, obsides, sequestri, *vel* creditores, datores, adoptatores, testatores, collatores, legatores, legatarij, sponsores, fidejussores, prædes, comprædes, vades, consponsores, stipulatores, *inde* hæredes, cohæredes, exhæredes, ex asse hæredes, possessores, usuarij, proprietarij, depositarij, usurpatores. Debitores Creditores

Qui scientijs & studijs operam navant, magnarum rerum miratores *esse debent, tum illarum* scrutatores, indagatores, perquisitores, percontatores, contemplatores, inventores, machinatores, commentores, exploratores, rogatores, sermocinatores, *nisi sint* avtodidactici, *opus habent* præceptoribus, institutoribus, cultoribus, ludimagistris, pædagogis, dictatoribus, interpretibus, nomenclatoribus, censoribus, recitatoribus, lectoribus, professoribus, exercitatoribus, persuasoribus, emendatoribus, correctoribus, corycæis, *præsertim indigent talibus* tirones, tirunculi, elementarij, discipuli, abecedarij, alphabetarij, syllabarij, scholares, *ut evadant in* Studiosos, baccalaureos, magistros, Licentiatos, Doctores, *variarumque scientiarum* cognitores, *ut sunt* orthographi, grammatici, bibliographi, librarij, philologi, critici, bibliothecarij, scriptores, historici, *vel* Poëtæ, Rhetores, oratores, declamatores, concionatores, argutatores, disputatores, dialectici, sophistæ, logici, ænigmatistæ, *vel* Philosophi, Mathematici, arithmetici, ratiocinatores, physici, metaphysici, physiognomi, metoposcopi, astronomi, cosmographi, ethici, Medici, mulo Medici, veterinarij, equarij, empirici, medicastri, archiatri, vulnerarij, chirurgi, anatomici, *sed qui studia negligunt, aut sunt* literatoros, *vel* idiotæ, bardi, bronchi, *vel prorsus* stulti, stipites, moriones, vacerræ. Contemplatores Institores Tirones Studiosi Philologi Oratores Logici Philosophi Mathematici Ethici Medici Stulti

Theologi — *Theologi agnoscunt* Deum Zebaoth, Christum, Spiritum sanctum sanctificatorem, Apostolos, Evangelistas, martyres, prophetas, indigetes, Pontificem, Papam, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, archimandritas, monachos, moniales, sanctimoniales, patriarchas, antistites, abbates, præpositos, præsules, priores, archidiaconos, parochos, sacellanos, clericos, levitas, baptistas, *baptisma*, suffraganeos, canonicos, decanos, presbyteros, Sacerdotes, sacrificos, *missam*, *chrisma*, catechumenos, exorcistas, ecclesiastes, prædicatores, confessores, *excommunicationem*, *absolutionem*, diaconos, eleemosynarios, clinicos, æditos, *sed qui non sunt Christiani, ut* Judæi, pharisæi, rabbini, *vel* Turcæ, musulmanni, talismanler, muffti, *vel* pagani, epicurei, victimarij, idololatræ, apostatæ, *vel* libertini, pseudoprophetæ, *meritò inter formales* hæreticos, hæresiarchas, sectarios *numerantur, ultimum & inferum locum, imò inferos merentur*, mystæ, mystagogi, flamines, vates, fatidici, fanatici, magi, prænuncij, ominatores, hariolі, sortilegi, oneromantes, chiromantes, extispices, necromantici, augures, auspices, aruspices, incantatores, venefici, maleficæ, veneficæ, lamiæ, sagæ, striges, præstigiatrices.

Christiani

Hæretici

Fatidici

Incantatores

Venefici

Atque ita scenam actorum concludemus, quasi Lectori ità placuerit, prout nobis in exhibitione & congestione molesta fuit & laboriosa, magnum certè præmium, liberalémque brabeuten *expectare poterimus.*

XII.

Voluntas

In voluntate est electio, arbitrium, arbitratus, electus, optio, optatio, votum, calculus, spes, aviditas, desiderium, cupido, voluptas, libido, concupiscentia, lubentia, volentia, appetentia, appetitus, prolubium, oblectamen, delectamentum, delicia, beneplacitum, benevolentia, faventia, favor, blandimentum, invitamentum, charitas, amor, amicitia, dilectio, *unde* grates, sympathia, consensus, assentatio, unanimitas, concordia, conciliatio, suffragatio, reconciliatio pla-

Benevolentia

Concordia

placabilitas, ratihabitio, acceptatio, insinuatio, apprecatio, gratulatio, acclamatio, suffragium, affirmatio, asseveratio, probatio, adoptatio, *sed in* antipathia *est* odium, malevolentia, displicentia, inimicitia, hostilitas, contrarietas, dissensus, dissidium, dissonantia, discrepantia, discordia, *inde* aversatio, tædium, fastidium, indignatio, diffidentia, Zelotypia, æmulatio, suspicio, tergiversatio, obstinatio, renutus, negatio, repulsa, simulatio, contumacia, *nec mulceri potest ulla* petitione, precatione, rogatione, precibus, postulatione, supplicatione, flagitio, *voluntas quoque ut plurimum fertur ad* familiaritatem, proximitatem, affinitatem, consanguineitatem, agnationem, cognationem, paternitatem, fraternitatem, familiam, progeniem, prosapiam, hæreditatem, desponsationem, sponsalia, nuptum, nuptias, thalamum, connubium, conjugium, matrimonium, concubitum, *asiatici ad* polygamiam, *religiosi ad* Virginitatem, cœlibatum, *aliqui* viduitate, divortio, repudio, *gaudent*, *Omnis mortalium voluntas ad conservationem suæ naturæ convertitur, hinc gaudet* fortuna, prosperitate, divitijs, opibus, facultatibus, opulentiâ, bonis avitis, caducis, prædio, clientelari, hæredio, rutis cæsis, peculatu, mancipio, patrimonio, *in cunctis quærit* commodum, utilitatem, pecuniam, *sive* præsentaneam, *sive* collectam, æs *sive* usuarium, *sive* alienum, fænus, lucrum, censum, proventum, usuram, usucapionem, quæstum, anatocismum, gazam, thesaurum, *hinc* magnificentia, pompa, fastus, solennitas, luxuria, *modus acquirendi fit vel* promissione, sponsione, pollicitatione, dedicatione, præbitione, porrectione, redditione, traditione, pensione, solutione, collectione, oblatione, datione, retributione, refusione, institione, elocatione, venditione, mercatione, nundinatione, emtione, licitatione, obsonatu, æruscatione, comparatione, assumtione, sequestratione, pignoratione, possessione, *exinde*

Odium

Aversatio

Supplicatio

Affinitas

Opes

Pecunia

Usura.

Modi acquirendi.

 oriun-

Mercimonia *oriuntur* mercimonia, mercaturæ, merces, commercia, mangonia, auctiones, æstimia, mutua, pignora, hypothecæ, deposita, accepta, expensa, collybi, cambia, *omnia*

Parcitas *comparantur* frugalitate, parcitate, parsimonia, avaritia, prodigalitate *verò*, dilapidatione, dispersione, damnitate,

Dispendium amissione, perditione, abolitione *procuratur* dispendium, detrimentum, damnum, *inde* jactura, mendicitas, paupertas,

Expensæ pecuniæ nomina *acquisita pecunia varijs nominibus, juxta* expensæ *modum insignitur, ita est* munus, donarium, pensiuncula, datum, honorarium, strena, congiarium, præmium, feudum, justa, præbenda, brabeum, legatum, dos, arrha, auctoramentum, meredula, didactrum, sostra, stipendium, salarium, menstruum, lucar, manupretium, portorium, vectura, naulum, emolumentum, locarium, cloacarium, lavatrina, lytrum, fæneralia, sumptus, viaticum, symbolum, tributum, vectigal, mulctatitia pecunia, stips.

Lusus *Est & animus ad* delectationem, lusum, colludium, spectaculum, lusionem, *ubi* prælusio, præludium, diludium, comædia, tragœdia, scæna, lusio pilaris, ludi publici, circenses, hastici, gymnici, ludus gladiatorius, latrunculorum, olympius, basilinda, myinda, alea.

XIII. *Ratio* Instructio *In* tirocinio, initiamento, *sisentiatur in discente* mens, cor, captus, docilitas, *tum* cultura, methodo, directione, inspectione, instructione, inductione, informatione, institutione, eruditione, hortatione, admonitione, indicatione, significatione, inspiratione, suggestione, commendatione, glossemate, demonstratione, repræsentatione, interpretatione, explicatione, allegatione, illustramento, exemplo, documento, examine *informatur atque eruditur,*

Memoria *ità enim acuitur* ratio, memoria, reminiscentia, recordatio, recollectio, commemoratio, mentio, meditatio, accura-

Judicium tio, ratiocinatio, judicium, ingenium, contemplatio, præmeditatio, attentio, perceptio, lectio, observatio, annota-

tio,

tio, ſpeculatio, ſciſcitatio, diſquiſitio, indagatio, conſignatio, lucubratio, intentio, inventio, providentia, circumſpicientia, perſpicacitas, ſagacitas, diligentia, ſolertia, acies ingenij, *unde* doctrina, gnavitas, intelligentia, *in rebus ſerijs* prudentia, conſideratio, ſapientia, ſcientia, eruditio, notio, notitia, cognitio, peritia, experientia, induſtria, dexteritas, ſtudium, profeſſio, perſpicentia, ſcrutinium, meditatum, conceptus, *ex* phantaſia *verò, falſaque* imaginatione *ex iniquâ* intentione, *procedit* verſutia, aſtutia, vafrities, calliditas, ſagacitas, confictio, commentum, techna, ſophiſma, ſtratagema, machinatio, diſſimulantia. Intellectus Sapientia Aſtutia

Ante omnia humana ratio, mens, iudicium, imaginatio, opinatio, præſumptio, ſenſum, *certam ſibi præfigat* theoriam, ſyſtema, thema, theſin, hypotheſin, propoſitionem, cenſuram, perſuaſionem, diſſuaſionem, *ut inveniat* verum, veritatem, certitudinem, hiſtoriam, arcanum, ſecretum, mirum, *& diſtinguat ab* ambiguitate, erratione, incerto, conjectura, conjectatione, dubitatione, opinione, figmento, proſopopæja, fabula, parabola, metaphora, errore, paralogiſmo, grypho, ænigmate, mendacio, falſimonio, credulitate, incertitudine, ſcrupuloſitate, hallucinatione, *in* diſcurſu *eſt* quæſtio, interrogatio, reſponſio, *in* diſputatione *eſt* cauſa, argumentum, ſyllogiſmus, controverſia, certamen, argumentatio, diſceptatio, contradictio, oppoſitio, replicatio, exceptio, illatio, evictio, æquivocatio, prætextus, ſequela, concluſio, deciſio, *in* ſcientiâ *eſt* litera, gramma, linea, accentus, litura, nota, cifra, character, notæ hyeroplyphicæ, comma, punctum, ſemicolon, ſyllaba, dactylus, textus, verſus, canon, caput, titulus, paragraphus, dogma, hypotheſis, terminus, tenor, ſenſus, ſtylus, ſententia, ſcriptio, latinitas, liber, epiſtola, apographum, autographum, ſcriptum authenticum, copia, exemplar, vocabularium, repertorium, diarium, album, inventarium, brevia- Imaginatio Propoſitio Certitudo Ambiguitas Diſcurſus Diſputatio Scientia

viarium, matricula, catalogus, index, summarium, indigitamenta, præscriptum, argumentum, epitaphium, *ex negligentia autem* segnitia, ignavia, pigritia, indiligenttia *oritur* inhabilitas, *inde* oblivio, incogitantia, præcipitantia, inconsiderantia, simplicitas, inscitia, ruditas, ignorantia, imperitia, imprudentia, inertia, insipientia, insulsitas, fatuitas, stoliditas, stultitia, *Inter* artes liberales *&* disciplinas *quædam sunt sermocinatrices, ut* literatura, grammatica, graphia, orthographia, tachygraphia, steganographia, typographia, mnemonica, nomenclatura, lexica, poësis, carmina, rhetorice, oratoria, dialectica, logica, metaphysica, *quædam Mathematicæ, ut* arithmetica, Geometria, geodæsia, astronomia, astrologia, prognostica, musica, *aliæ mechanicæ, ut* architectonica, ædificatoria, statica, optica, pictura, fullonica, hydraulica, statuaria, navicularia, specularia, manuaria, molitoria, fabrilis, *aliæ ministratoriæ, ut* œconomica, coquinaria, panificium, furnaria, pistura, *quædam sunt philosophicæ ut* ethica, cosmographia, chronologia, historia, Jurisprudentia, politica, histrionia, *non pauca physica, ut* physica, medicina, botanica, anatomica, pharmaceutica, spagyrica, alchymia, unguentaria, chirurgica, *est* pugilatoria, polemica, gladiatoria, athletica, *omnium summa* magia, cabala, Theologia.

Negligentia | Oblivio | Artes liberales Sermocinatrices | Mathematicæ | Mechanicæ | Ministratoriæ | Philosophicæ | Physicæ | Theologicæ

XIV. *Virtutes, Virtus.*

In virtute *est* sinceritas, innocentia, probitas, candor, ingenuitas, longanimitas, fidelitas, veracitas, misericordia, gratitudo, moralitas, humanitas, placiditas, mansuetudo, affabilitas, comitas, civilitas, urbanitas, amabilitas, humilitas, verecundia, pudicitia, modestia, castitas, sobrietas, *hinc* boni mores, *ex his* felicitas, beatitas, pietas, sanctitas, religiositas, generositas, magnanimitas, honestas, germanitas, nobilitas, dignitas, authoritas, majestas, strenuitas, gravitas, celebritas, amplitudo, eminentia, decentia, reverentia, veneratio, *unde* fama, nomen, laus, honor, glo-

Felicitas | Fama

gloria, decus, adorea, *sed* mores vitiosi, juveniles, *pariunt* levitatem, *inde varia* vitia, crimina, scelera, doli, malefi- Vitium
cia, piacula, flagitia, peccata, reatus, delicta, probra, malefacta, iniquitates, pravitates, malignitates, improbitates, temeritates, impietates, perversitates, protervitates, *& quis omnem enarrabit* nequitiem, injustitiam, indecen- Nequitie
tiam, malitiam, protervíam, vecordiam, falsitatem, fallaciam, imposturam, deceptionem, fraudem, fucum, vaframentum, astum, mendaciũ, prævaricationem, perfidiam, simultatem, vernilitatem, adulationem, insidias, *quas miseri peccatores Deo, sibimet ipsis, & alijs struunt* invidia, livore, obtrectatione, ingratitudine, philautia, superbia, elatio- Superbia
ne, insolentia, fastu, ambitione, arrogantia, incontinentia, helluatione, luxu, lascivia, petulantia, impudicitia, Lascivia
meretricio, pellacia, mulierositate, pellicatu, lenocinio, palpo, incestu, stupro, adulterio, fornicatione, scortatione, furto, spolio, raptu, captu, sacrilegio, plagio, latro- Raptus
cinio, abigeo, peculatu, avaritia, immodestia, incivilitate, rusticitate, barbarie, immanitate, simultate, ferocia, feri Rusticitas
tate, sævitia, torvitate, crudelitate, diris, tyrannide, per- Crudelitas
duellione, parricidio, homicidio, perjurio, blasphæmia, dejeratione, *ex quibus omnibus & singulis oritur* infamia, Dejeratio Infamia
probrum, indignitas, dehonestamentum, opprobrium, dedecus, despicientia, scandalum, abominatio, detestatio, animi abjectio, vanitas, *tandem si* dictamen conscien- Conscientia
tiæ, resipiscentiam *excitet, ut* casus conscientiæ *examinentur, vel* desperatio, *vel* pœnitentia, piaculum *sequitur*.

XV. *Theologica,*

Concludamus fide, *in quâ est* religio, devotio, festivitas, festum *sive* conceptivum, *sive* imperativum, *vel* stativum, *sunt apud Ethnicos* compitalia, paganalia, lupercalia, scenopæja, fasti, *apud quosvis* dedicatio, encænia, con- Festum Dedicatio
secratio, justa, funeralia, exsequiæ, in feriæ, funus, obitus, Funeralia
servatur ceremonia, cultus, ritus, sacra, parentalis pom- Ceremonia

Sacrificium. pa, lustralis aqua, hostia, sacrificium, eucharistia, expiatorium, litania, holocaustum, supplicamentum, libamentum, votum, invocatio, preces, *in religione est* Christianis-

Invocatio Christianismus. mus, catechesis, decalogus, evangelium, symbolum apostolicum, sacerdotium, presbyterium, episcopatus, hierarchia, pontificatus, clerus, orthodoxia, martyrium, baptismus, chrisma, *incurrit* hæresis, secta, schisma, superstitio,

Hæresis hypocrisis, atheismus, epicureismus, gentilismus, paganismus, idololatria, idolomania, mahometismus, Iudaismus, Sadducæismus, apostasia, *extinguitur* excommunicatione,

Excommunicatio anathemate. Contingentia rerum *quoniam multiplex est multis persuasit, dari* fatum, necessitatem fatalem, sortem,

Fatum sortitum, sortitionem, sortilegium, aleam, tesseram, præsagitionem, præscitum, prædictionem, prognosticon, divinationem, numen, vaticinationem, hariolationem, augurium, auspicium, extispicium, aruspicium, prophetiam, raptu animi & extasi *varia interdum percipiuntur* omina, portenta, ostenta, prodigia, oracula, mi-

Omina racula, mysteria, *nocent* imprecationes, devotiones,

Imprecationes fascina, incantamenta, veneficia, dæmonia, præ-

Dæmonia. stigiæ, lemures, spectra, *opponitur* necro-

Exorcismus. mantia, exorcismus.

Labor improbus omnia vincit.

Finis Substantivorum hàc quarta Organi novi Philologici parte comprehensorum, numero 7500.

Numerus.

Verborum.	2400.
Adjectivorum.	3800.
Particularum.	1400.
Substantivorum.	7500.

Summa omnium vocabulorum hoc opere contentorum 15100.

Sequitur Index particularis Substantivorum.



Vo-

Sequitur Index Generalis omnium partium Orationis, per quindecim titulos generales Phyſicos, pro generaliſſima partium combinatione.

SUB-

I. Substantia.

Verba. Ortus rerum & interitus. p. 1.
Adjectiva. Substantiarum varietas, ortus, divina. p. 1.
Spiritualis, astralis, elementalis, animalis. p. 2.
Vegetabilis, mineralis. p. 3. Artificialis.
Particula Substantiarum varietas, ortus. p. 27.
Substantiva. Rerum ortus. p. 41. Corpora naturalia. p. 42. Elementa, meteora, animalia. p. 43. Vegetabilia, p. 48. Mineralia p. 50. Corpora artificialia, physicâ præparatione. p. 51. Mechanica præparatione. p. 53.

II. Qualitas.

Verba. Qualitas rerum elementaris, secundaria, animalis. p. 1. 2. 3.
Adjectiva. Habilitas Physica, moralis. p. 5. Qualitates relativæ. p. 6. Elementares, secundariæ. p. 2. Perfectæ, imperfectæ. p. 7. Pravæ, animales, quoad corpus. p. 8. Functiones, morbos. p. 9. Remedia, pathemata. p. 10.
Particulæ. Qualitates perfectæ, imperfectæ, sanitas, morbus, pathemata p28.
Substantiva. Qualites elementares, p. 61. Secundariæ, animi pathemata, p. 62. Corporis morbi. p. 63.

III. Quantitas.

Verba. Quantitas, Dimensio, ponderatio, numeratio. p. 4.
Adjectiva. Dimensio. ponderatio, calculatio, numerus, p. 10. 11.
Particula. Dimensio, ponderatio, numerus. p. 26.
Substantiva. Numerus, mensuratio. p. 65. Libratio. p. 66.

IV. Locus.

Verba. Locus, locatio, situatio. p. 56.
Adjectiva. Distantia, situatio, locatio, dispositio, incolæ, nationes, vestitus. p. 13. 14.
Particula. Situatio, progressus, ordo, p. 28. p. 29.
Substantiva. Loca mundi, montes, fontes, fossæ, claustra, agri, sylvæ, p. 67. Ædificia publica, contignationes, officinæ, fora, stabula, viæ, fines, foramina, stationes, mansiones.

V. Tempus

Verba. Tempus perennandi, festinandi, auspicandi, finiendi. p. 67.
Adjectiva. Ætates p. 15.
Particula. Festinatio, tardatio, series. p. 29. 30.
Substantiva Temporis divisio, dies, mensis, annus. p. 70. Ætas, ordo, confusio, initium, finis, successio. p. 71. Societates. p. 72.

VI. Gustus.

Verba. Gustandi, saporis. pag. 7.
Adjectiva. Sapor. p. 16.
Particula. Gustus. p. 31.
Substantiva. Gustus. p. 72.

VII. Odor.

Verba. Odor p. 7.
Adjectiva. Odor. P. 16.
Particula. Odor. P. 31.
Substantiva. Odor. P. 72.

VIII. Visus.

Verba. Visus. p. 7.

Ad

Sequitur Index specialissimus omnium Vocabulorum hoc toto Organo comprehensorum, Juxta seriem alphabeti, illis utilis futurus, qui necdum in 15. titulis Physicis exercitati, vocabula in hoc indice præsto reperire possunt.